

Abulium natu maximi confidentes infantem spectabant. Qui si membris compactis & robustis esset, tolli jubebant eum, fortemque ei ex novem locibus assignabant. Debilem & distortum amandabant in locum voraginosum propter Taygetum, quas Apothecas nuncupabant: quasi nec illi plii, nec civitati, qui non esset in primordio ad bonum habitum, neque ad robur comparatus, expediret vivere. Ideo non aqua infantes, sed vino ablucebant feminae, ad periclitandam eorum constitutionem. Quippe comitales ferunt & morbosus a mero debilitatos facceicere, salubres durefcere, firmari habitu. Nulla lotis fomenta adhibebant, nulla teneris crepundia, solitudinibus tenebrosisque alvefcebant. Ob istaque externarum gentium quidam Laconicas nutrices liberis alendis adhibuerunt.

FORTUNE.

COGNITIO INDOLIS

Principalis, Regum, Ducum.

Cum Propheta Samuel ad unum Jesse domus regem inungendum in Bethlechem venisset, omnibus filiis prelatum est David. Quod si paternum iudicium ad indolem referatur, credi par est, senem lineamenta dumtaxat aut etatem intuitum vehementer hallucinatum. Ceterum Propheta decipi non potuit, qui tota illa fratrum cohorte repudiata, hunc potissimum legit, qui omnium erat praeclarissimus futurus. Nec iudicium caruit eventu. Sabel. lib. 8. c. 8.

Agellaus Archidami filius, in Agerus hoc est, Gregibus appellatus puerilium contuberniorum, amatorum Lylandrum habitum, praecipue ingenii ejus modestiam stupentem, qui ei postmodum regnum Spartam comparavit. Cum enim obstinatissimus existeret in muneribus, maximeque animi, & ubique peteret Principatum, aestuque ac fervore praeditus esset inexplorabili atque invicto: facilitate tamen & placiditate is fuit, qui metu nihil, pudore imperata omnia faceret: plique probis doloerit, quam pudavetur laboribus. Plut. in Agel. lib. 10.

Tertio bello Punico, M. Cato Censorius excessit e vita, vaticinatus de Publ. Scipione, qui finem impositurus bello esset. Hic tum quidem juvenis erat, sed tribunus militum, specimen in confidibus prudentiae, & animi praebat. Id Romam nunciatum, cum pervenisset ad aures Catonis, dixisse eum perhiberi Homeri illum verum de Tiresia ex Odiss. 11.

Quoque avaritia, nisi ad avaritiam. Hinc modo cor soli est, reliqui velut umbra feruntur. Plut. in Catone.

P. CORN. SCIPIO, a populo Romano ad aedilitatis munus admissus, adolecens adhuc, eum se gessit, ut Quirites omnes quid de illo in posterum sibi promittere possent, facile perspicerent. Plut.

Bello Celtiberico ad Numantiam, C. Marius, disciplinae militari sub Scipione facillime praeter ceteris assuefcens, hostem in conspectu Imperatoris oppressit. Unde & aliis honoribus est ab illo evectus: & cum sermo esset aliquando a cena illatus de Imperatoribus, atque ex conviviis unus, sive serio ambigeret, sive assentandi causa rogaret Scipionem, Quemnam post ipsam populus Romanus talem ducem & principem esset habiturus? Scipio manu humero Marii, qui supra eum cubabas, leniter percussit: Hunc fortassis, inquit, tanta fuit indoles in Mario, ut in adolescente jam futura magnitudo cluerec: tanta in illo prudentia, ut ex rudimentis intelligeret finem. Fertur hac praesertim voce Marius quasi divino oraculo in spem erectus, ad Rempub. se contulisse, ac Caeclitii Metelli favore, in cuius familiae clientela perpetuo a patre ulque fuerat Tribunus plebis factus. Plut. in Mario.

CAROLUS V. Gallorum Rex cum filio suo Carolo VI. indolis exploranda causa coronam auream, & galeam ferream offedens, optionem fecisset alterutrum accipienda, galeam sese male filius respondit. Corrozetus de Diti. & Sali. memor.

MAGNUS SFORCIA, quum in Albetici Barbiani castris esset ferè imberbis, animoque ferax & manu promptus sepe turbas iurgicaeque misceret, nec quandoquam ante se pugnam capessere pateretur: in eo peractus Imperator animi atque oris habitum notavit, praedixitque eum, nisi immaturo caderet, & paululum servidi ingenii impetum prudentia temperaret, abfoluti ducis nomen habiturum. Nec multo post suborta altercatione inter commilitones in partienda praeda immortale cognomen adeptus est, quum eam minus aequaliter dividi immodice quereretur. Siquidem tota lite ad ductis arbitrium

delata, iudicataque, ad Albericum subituro & minaci vultu E conversus: Mihi, inquit, Imperator, hoc tuo iudicio rata pars praeda praemittitur, ita ut in posterum similem injuriam a quo animo non sim laturus. Ad ea Albericus reddenti & contracto ore respondit: An & mihi quoque, ut aliis soles, adolefcens, vim afferre voles? desime ergo tibi Sforzia nomen. Arque ita, abfolto Martii nomine, ut ab omnibus vocaretur, edixit: quae vox Latine exprimit Violentum. Iovius in vita Magni Sforciae.

Inimica.

C. JUL. CAESAR, etsi a partibus Marii fuit, initio tamen ob eorum, qui interfeciebantur, multitudinem & occupationes est a Sylla neglectus. Ipse ergo ad petitionem Sacerdotii penè impubes venit in campum. Ceterum hujus repulsum adversante clam ei L. Sylla tulit, qui cum de necando eo deliberaret, & ostenderent nonnulli (Mamerus Emilius, & Aor. Cotta, esse Suetonio) nulli esse caute, cur tantum puerum trucidaret: Nihil mentis dixit eos habere, si non ei puero multos viderent Marios inesse. Hae voce ad Caesarem perlata, longo tempore Margarita Daniae regina, Adolphi Holfati ingenium agnoscebat.

Vide supra. Indoles odii.

Nobilis.

BOCARI filius ex Drota Norvegiorum Regis Reginaldi filia Haldanus fuit, cujus juvenis initia soliditatis opinione ferta fuere, sequens vero aetas fulgentissimis operum indignibus illustris evasit. Adolefcens pugilem ingenue fame, quod ab eo pueriliter oblundens colapho percussus esset, gemitum quod in manu habebat, petum oppressit. Guritam Danorum reginam ambiens, cum natalium obscuritatem sibi objici videret, factis gloriam nominis sibi comparaturis, duodecim pugiles quatuor in clava morem conformata oppressit. Saxo lib. 7.

Henricus Ferrus Holfatus apud Anglos leonem compefcit. Vide Tit. Aemulatio erga peregrinos.

Genuine, Legitima.

Phylli filios suos jam editos serpentes objiciebant. Qui si illos si manerent, an sua origines essent, experimento intempefciebant. Alex. lib. 1. cap. 35.

Calamitosa.

Fertur, cum quidam Senex primae concionis Periclis adolefcntuli interesset, idemque juvenis Pifistratum decrepulum jam concionantem audivisset, non tamen temperasse sibi, quominus exclamaret, caveri illum civem oportere, quod Pifistrati orationi simillima ejus foret oratio. Nec hominem aut aemulatio eloquii, aut motum augurium fessit. Quid enim inter Pifistratum & Periclem interstitit: nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit? Val. Max. lib. 8. cap. 9.

Odir humanum genus Timon Atheniensis, nulli hominum mitis, nulli blandus in occurrit, praeterquam Alcibiadem puero. Hunc unum in publico comiter excipere, caput demulcere, osculari, amplecti. Rogatque aliquando, Unde illa comitas in domum tuam Alcibiadem? Quia video, inquit, fore, ut hic adultus sit patriae exilio futurus. Nec ille sua est conjectura deceptus. Sabel. lib. 9. cap. 10. ex Plut. in Alcibiade.

INDOLIS NON COGNITA,

obscura, dubia. Mores non agnit.

DEMOSTHENES, cum paulo antea regnum Alexander adeptus esset, dicere in concionibus consueverat, eum e Macedonia pedem non elatum, cum domi amplexatus esset otium, delectareturque ibi delicatis deambulationibus, velletque longe a periculis bellicis abesse: atque id se affirmabat, non conjecturis quibaldam ductum proferre, sed certo tenere, cum virtus gloriaeque sanguine emeretur. Id pati non potuit Alcibines, eum sanguinis in altero falso accusando mentionem facere, qui ipse penitus illo delituisse esset: nisi id est avaritia, nisi si avaritia, avaris ex avaritia. Villorum lib. 2. var. lect. cap. 21.

A Si quis tyrannum trucidasset Miliadem in Cheronefo, aut confucentem forori postulas & damnasset Cimonem, aut Themistoclem petulantem per forum salantem & lascivientem urbe pepulisset, ut ille, qui post Alcibiadis nomen detulit: non-ne nobis Marathonis, Eurymedontes, & nobile Artemisium intercedissent? ubi Cecropidae clarum libertatis posuere Fundamentum— Plutarchus de tarda Dei vindicta.

INGENIUM IN STUDIUM, OFFICIUM, OPERIS DEDUCTIONE Vel ADHIBITUM.

Hinc Inventio, Disciplina. Imitatio ingeniosa.

NON ADHIBITUM. CASUS ET FORTUNA in arte & exercitatione.

Pictorem memorant, equum cum pingeret, & reliquis quidem partibus & coloribus successum habuisset, spuma vero, quae ad frenum allidebatur, atque cum anhelitu excidebat, rancitatem non probaret, in pingendo seipsum eam absterfisse: tandem iratum impigisse tabulae spongiam, sic ut coloribus erat insecta: quam injectam mirifice expressisse & reddidisse, quod optaverat. Hoc artificiosum prodium est memoritiae unum fortane opus. Plut. de Fortuna.

Aeneo Alexandri sigilli Lyfippi opere mirifice Nero captus, cum, ut speciosius redderet, inaurari illud jussisset, & tunc de pulchro decore videretur aliquid amississe, detracto auro, longè pulchrius quam ante remansit: quod auro in concavis statuae locis, rugosique partibus velis relictum, quod nisi offensa statua penitus aboleri nequibat, in eam plus luminis & decoris afferbat. Quod igitur in tota statua superimpositum decore minuerat, illud ademptum praestitit, quod effici arte posse nemo existimabat. Val. Max. lib. 8. c. 12.

Frisonum urbem Groningam obsidebant hostes. Bombardarii filius, artem parentis imitari volens, igne immisso in maximam bombardam, caput illustrissimi ducis in obsidione foris milites exhortantis, ferreo globo avulsit, & obfessis quietem peperit. Olauz lib. 9. cap. 28.

* HIEROGLYPHICA.

PINDARUS cum aliis plerisque locis, tum praecipue Nemeis, ingenii promptitudinem & velocitatem per Aquilam ostendit, sumpta ab eo comparatione, quod praedam etiam valde procul statem mira pernicitate nanciscatur: visuque ita polleat, ut profundissima quaeque prospectet: quae omnia ingeniorum acuminis sunt accommodata. Pier. Val. 1. 19.

Sphinxhaeta Palladis cupidit subiecta, ut in ea Minervae statua, quam Athenis olim fuisse erectam ait Plinius, ostendit nihil tam abditum & reconditum esse, quod ingenii acumine exerci & palam profertur non possit. Idem lib. 6.

Ingratitudo.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Ingratitudo, quam Graeci ἀχαριστία vocant, est vitium quod tollit debitum gratitudinis, quod est debitum honestatis, secundum S. Thomam 2. 2. q. 107. ar. 1. Dicitur autem Ingratitudo quasi nullo modo gratus.

Distingunt Canonice ingratitude in Formalem, & Materialem. Formalis ingratitude est, quando beneficium vel animus benefactoris contemnitur, ut non videaris ei obligatus ratione praestiti beneficii; estque ex suo genere peccatum mortale, ut docet S. Thom. supra art. 3.

Materialis est, quando abique contemptu vel omittitur debitum gratitudinis officium, vel committitur aliquid contra benefactorem; & colligitur ex eodem Thoma, art. 3.

* GRADUS INGRATITUDINIS, IN GENERE.

Ingratitudinis in genere gradus sunt tres. Primus est, beneficium non retribuere. Secundus, dissimulare, non agendo gratias. Tertius, nolle agnoscere. Atque his gradibus qui in omissione consistunt, tres alii

in commissione consistentes ex auctoribus adduntur. Primus, E Retribuere mala pro bonis. II. Viuperare beneficium quod praestitum est. III. Reputare beneficium loco malefcii.

* INGRATITUDINIS IN DEUM SEX GRADUS.

- Primus, Non conari obsequio & cultu divina beneficia compensare.
II. Raro, vel nunquam pro acceptis gratias agere.
III. Ratiis de iisdem cogitare.
IV. Malum pro bono, libere & facile peccando, reddere; omne enim peccatum ingratitude est in Deum.
V. Negare vel extenuare Dei beneficia: qua ratione Pelagiani vocantur ingrati, quia beneficium redemptionis, & gratiae Christi extenuabant.
VI. Illa aestimare loco malefcii, ut faciunt damnati, & quidam impij.

* DE INGRATIS, ET INGRATITUDINE iudicia Poetarum.

Lucianus.

Quidam adp. videt ad reprobos. sic in avaras. ΑΥΤΩΝ ΤΑΙΣ ΨΑΓΓΑΙΣ ΕΙΣ ΚΑΘΩ ΙΕΥΧΙΑΣ. Malus vir dolium est perforatum, in quod omnes Immittens gratias in vanum effudisti. Cornarius.

Pertusum vas est ingratus hominatio: semper Omne quod infundis, perfluit in nihilum. Lucianus.

Rimarum plenus perdis tua dona scelestus: Si sapias integro vina reconde cado. Petrus Crinitus lib. 2. Poematum, de fugiendis ingratis.

Ingratus est vitandus ut dirum scelus: Nil cogitari pestilentiis potest, Nec esse portentosius quicquam puto.

Ingratus aut male facit, aut male cogitat, Sibi quae tantum parcat, aliis detrahit: Et odit omnes, qui bonis benefactum.

Ingratus est audacior, quo nequior: Audaxque cuncta semper in peius movet.

Ingratus est seminarium scelerum omnium. Hinc est avara mens, & animus perditus: Hinc fastus impotens, & ambitus gravis: Ingratus hoc unum benefacit, cum perit. Nam tellus ipsa fediis nihil creat. Portentum id omnium est habendum maximum.

APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

ANTISTHENES, audiens Platonem de ipso male loqui, Regium est, inquit, cum bene feceris, audire male. Excelli profecto animi est, ingratitude hominum non deterreri a studio bene merendi de omnibus. Laert. lib. 6. c. 1.

DIODEGENES, quarenti, quid apud homines celeritius senesceret? Beneficium, inquit. Dicit enim vix potest, quanta accepti beneficii apud plerisque sit oblitio. Stob.

THEMISTOCLES, Atheniensibus ipsam contumelia afficientibus: Quid tumultuamini, inquit, adversus eos, a quibus saepenumero fuistis affecti commodis? Ajebar autem se similem platanis, sub quarum umbra accurrunt homines afflicti tempestate, & eadem simul, ut rediit serenitas, vellunt convititque petunt. Sentiens, hunc esse populi morem, ut in belli periculis implorent opem fortium virorum, in pace contemnant ac vexent eosdem. Plutarchus in Apophib.

PLATO nominare solebat Aristotelem, mulum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quod mulus, cum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato, involuto quodam sermone, ingratitude Aristotelis. Etenim is, cum maxima Philofofiae femina & accessus a Platone accepisset, suffatur optimis quibusque adversariis, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis adversus eum pugnavit, Platonis perpetuus adversarius esse cupiens. Eliau. lib. 4. de var. hist.

Idem, cum accepisset Xenocratem discipulum multa in eum impie dixisset: Non esse credibile, circumstantibus dixit, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur, sed foggillare-

A tur etiam. Senfit, ingratiudinem nequam locum habere apud eos qui sapientia studis se dederunt. *Brufon. lib. 3. c. 11.*

ARISTOTELES, cuiusdam interroganti, cur reliquisset Athenas respondit, quoniam nolisset committere, ut Athenienses bis peccarent in Philolophiam. Notavit autem magham Athenienseium ingratiudinem, qui philolophos de patrie salute plurimum sollicitos, ac de Athenienseium Republica bene meritos, non accularunt tantum, sed damnarunt etiam. Sobolitur taxans Socratis mortem, & suum quoque periculum. *Alianus, l. 6. de var. hif.*

Idem, cum iudicium meto Athenis profugisset, interroganti cuidam, qualis esset civitas Athenienseium? respondit, pulcherrima quidem est, sed in ea pyrus super pyrum, & ficus super ficum consensit. Notans Athenienseium contra benemeritos cives calumnias ac crudelitatem. *Alian. lib. 3. de var. hif.*

DEMOTHENES inter fugiendum fectat subinde respiciens ad arcem Palladis, sublati manibus dixisse: O Pallas! urbium domina, cur tribus in faustissimis bestis delectaris, noctua, dracone, & populo Noctua quoniam sit avium inatipicatiflima, tamen Palladi sacra est: quemadmodum & draconem habet pro pessamine: populus autem bellua est multorum capium, pergram gratiam referre solita optime de se meritis: velut Socrati, Phocioni, Scipioni & aliis compluribus. *Plutarch.*

HIPPOCRATIDAS accepit literas à Caria satrapa, in quibus continebatur, Lacedaemonium quendam, quum fuisset concisus insularum, quas quidam ipsi struxerant, non inditasse rem, sed silentio textisse: simulque rogabat, quid de illo facturus esset? respondit hunc in modum: Si quo magno beneficio illum affectisti, interfice: sin minus, ejice e regione ut ad virtutem formidolosum. Ingratiudinem erga benemeritum censuit morte plendendam. Caterum quod esset non per malitiam, sed per formidolositatem commisit, ei satis supplicij iudicabat exilium. Non enim ipse struxerat insidias, sed sibi metuens non prodidit. *Plut. in Lacon.*

EPAMINONDAS reverfus è Laconia accusabatur, quod Beotarchiam quatuor integros menses contra leges gessisset. Collegas igitur iussit, ut in ipsum culpam derivarent, quod se invidios coegisset. Ipse vero in curiam ingressus, non meliores rebus gessis rationes se habere dicebat. Sin minus, se quidem interfici postulabat: verum inscribi columnam, quod nolentes repugnanteque Thebanos Epaminondas coegisset, ut Laconiam quingentis ante annis intactam ab hostibus, incendio, ferroque vastarent, & ut ædificarent iterum Mesaniam, 330. annis desolatam, quod Arcades bello in societatem petraxisset, & Græcis libertatem restituere coegisset. His auditis, pudore affecti iudices, liberum pronunciarunt. Cumque regrederetur è curia, & Melitensis catellus blandiretur cauda, dixisse fertur ad præcenses: Hic mihi pro beneficio gratiam reponit: ad Thebani, de quibus sæpe multumque sum præclare meritus mortem mihi iudicio pœnam constituerunt. *Alian. lib. 13. de var. hif.*

PHILIPPUS, cum Athenienses, quotquot apud Charoneam capti fuerant, gratis dimississet, illi verò etiam vestes stragulasque reppererent, atque hac de causa Macedones in jus vocarent, risit Philippus, dicens: Quid non videntur Athenienses arbitrari, se à nobis in talorum ludo victos esse? Tam civiliter tulit victor victorum ingratiudinem, qui non solum gratias non agerent, quòd ipsi & incolames & gratis fuissent dimissi, verum etiam criminarentur, quòd non solum & amicus & stragulas redderent, quasi necerent, quale esset ejus belli: D quaque nihil aliud esset certare armis, quam certare talis, qui ludus est puerorum. *Plut. in apoph.*

CATO, multis Publii Sulpicii ingratiudinem insulantibus quòd Catoni de se optime merito opposuisset competitorum: Cato sic excusavit, dicens: Minime mirandum, si quod quis maximum bonum duceret, id alteri nollet concedere. *Erasm. lib. 5. apoph.*

DOMITIUS Afer, quum haberet ingratum litigatorem, ipsius conspectum vitantem, ne cogereur agnoscere patroni beneficium, in foro per nomenclatorem illi dixit: Amasne me quod te non vidi? Rectè exprobrans ingratiudinem, cui gratum esset non videri à benemerito, ne cogereur illi gratias agere. *Erasmus lib. 7. apoph.*

CÆSAR AUGUSTUS æs alienum cuiusdam Senatoris, quem charum habebat, non rogatus dissolverat, ac pro eo numerarat quadragesimum. Senator autem ea re cognita, pro gratiarum actione nihil aliud adscripsit Cæsari, quam, Mihi nihil. Joco velut expostulans etiam, quòd cum numerasset omnibus creditoribus, ipsi nihil numerasset. *Stob.*

Quum jam detecta esset Pompeji eum Cæsare simulas, ac

Marcellinus (ar Plutarchus aliorum iudicio Marcellus) unus è ex eorum numero, quos Pompejus evexisse putabatur, à Pompejo ad Cæsarem transfuisset animum, adeo ut non veritus sit in Senatu multa in Pompejum dicere: hunc ita conspexit Pompejus: Non te pudet, inquit, Marcelline, ei maledicere, cujus beneficio ex muto factus es facturus, ex famello cò deo collata, ut vomitum non tenes? Gravior objicit ingratiudinem homini, qui hoc ipso, quod habet dignitatis, autoritatis & eloquentia, abutebatur in eum, cui debebat accipium facere. Nam hoc ingratiudinis genus est, sed tamen heu nimium vulgare! *Plut. in apoph.*

De Themistocle memoratur, quòd filium aspirantem ad Rempublicam & magna affectantem deduxerit ad stationem navium urbis Aticæ, monstravitque antiquas & rimofas tritemes, quæ servabantur focò, & monuerit, ut de Ingratiudine cogitaret, quam perinde esset reportatus pro laboribus in Rempub. impensis.

CHRISTIANORUM.

Ex Lucubracionibus Laur. Beyerlinck.

Quemadmodum nihil rationi conformius, quam beneficium beneficio compensare: ita nihil magis ab ea remotius, quam beneficiorum acceptorum oblivisci, & gratiam ingratiudine premiari. Conquerenti apud Pisas coram Ludovico Imperatore de Castruo, quòd se probris affectisset, Guido Talaro, eique ingratiudinem objicenti, germano sermone respondit Castruo: Beneficium calcaribus & iustibus opus suum exequuntur: nec de ingratiudine credendum ei, qui nunquam fuit gratus. Imperatore verò in cachinnum soluto, Talarus, eo non salutato, equum contendit, & abiit. *Auct. serm. comrov.*

ALPHONSDS Aragon. Rex, objurgabatur, quòd in Alvarum Lunam, hominem plane sibi ingratum, tanta contulisset beneficija, quorum ne memoriam quidem haberet, & An ignoratis, inquit, ingenti beneficio non nisi ingenti ingratiudine satisfieri? Et hæc:

Obruit ingentes ista procella viros.

Panorm. de Gess. ejusdem. FRANCISCI BORGIAE frequens illa vox, præsertim cum autuptio vacaret: Carnivoras fetas agreste ingenium exuere, atque mansuetas reddi, quis non miretur? hominem vero rationis & orationis participem, tot tantisque beneficiis ornatum, adeò ingratum, ut vocanti Deo parere nollet? *Ribad. in Vita, lib. 2. cap. 5.*

Quidam multis beneficiis affecterat hominem rusticum & agrestem: qui tamen benefactorem suum miris modis laceffer non desinebat; quod intutus ille, Hæm, inquit, quam verum est commune Adagium:

Si unguis, pungit: si pinguis, ruficus unguis.

Auct. Serm. Convival. Qui jam ingratiudinis limites emensum revocavit, & reducit Alphonsus Aragonius, quò offensus cujusdam, de quo optime meritus reddi, ingratiudine, hoc se dicto repressit: Quare ego isti succenso: cum Deus ampliora in me beneficia contulerit, & ego longè Deo ingrator sim, quam hic erga me fuit? Ita hæc virtus in magnis & heroicis animis elucet, cum indomitæ mentis sit, indomita etiam ira laxare fræna. *Joann. Strigelius.*

Videbat Thomas Morus, inclutus & summus ille vir, homines tam facile beneficiorum oblivisci, tardè autem maleficio: rum, & ait: Beneficia pulveri: si quid mali patitur, matroni inculpimus. *Thom. Stapler. de Vita, cap. 11.*

* INGRATITUDINIS ERGA DEUM, & Homines.

EXEMPLA SCRIPTURÆ.

Utiliter & fideliter servivit Jacob avunculo suo Laban, & ille multoties voluit eum fallere. *Gen. 29. 30. 31.*

Præpositus pincernarum succedentibus prosperis oblitus est Joseph interpretis sui. *Gen. 40.*

De Joseph qui propter prudentiam suam & cautelam conservavit Aegyptios à peste famis: qui tam citò tradiderunt oblivioni opprimentes suos Joseph, & cognitionem suam, & parvulos occidentes: quid eis accidit propter ingratiudinem suam? *Gen. 41. Exod. 12.*

Videns Populus, quòd moram faceret descendendi è monte Moyles, dixit ad Aaron: Fac nobis Deos, qui nos præcedant. *Eccc*

A Ecce quom citò videbatur oblitus beneficiorum, quæ accepterat à vero Deo. *Exod. 32.* Sine Israel in deserto vertebatur in tædium cibus optimus, fuit labore de celo datus, & siccant dicentes, Quis dabit nobis ad vescendum carnes? *Nam. 11.*

Angelus Domini improperavit filiis Israel beneficia populo à Deo collata: Et quomodo illi abutentes, ruperant fœdus & transgressi erant Dei mandata. *1. Ind. 2.*

Multa beneficia recepit Saul à David. Et tamen ad occidendum eum, modis quibus potuit, laboravit. *1. Reg. 7. & 18.* Salvavit David habitores terre, & tamen voluerunt eum tradere in manus Saul, ipsum persequentis. *1. Reg. 2. 3.*

Redderunt filii Ammon, pro beneficio & honore, contumeliam, quando vituperaverunt nuntios David, quos miserat ad consolandum regem eorum super patris interitum. *2. Reg. 20.*

Ingrati fuerunt David & Joab fidelitati Uriæ, quorum primus litteras dedit, & alter crudeliter executus est. *Reg. 11.*

Postquam David revocavit Abialon filium suum, pepercit ei super homicidio quod commiserat in fratrem suum: surrexit B Abialon contra patrem suum. *2. Reg. 12. & 15.*

Non fuit David bene memor amicitia quam contraxerat cum Jonatha, quando nimis citò filium ejus exharedavit. *2. Reg. 16.*

Sublimavit Dominus Jeroboam super decem tribus. Et statim ille libidine dominandi elatus, populum perverit à cultu Dei. *3. Reg. 12.*

HELIUS multa bona fecerat regi Israel, & toti populo, & tamen propter caritatem, quæ erat in terra, præcepit caput ejus amputari: sed Deus aliter ordinavit. *4. Reg. 6.*

Non est recordatus Joas rex Juda misericordiam quam fecerat Jojada Pontifex secum, sed interfecit Zachariam filium ejus, arguente illum, quòd quòd Dominum reliquisset. *4. Reg. 11. 2. Par. 23. & 24.*

AMASUS, divino fretus auxilio, viccat Idumæos, & filios Seir. Et tamen aufertens deos eorum, adoravit illos, Missus autem ad eum Propheta, dixit, Cur adorasti Deos qui nos liberaverunt? *2. Par. 25.*

EZECHIAS juxta beneficia, quæ accepterat, non retribuit Domino, quia elevatum est cor ejus. *2. Par. 32.*

C Multi bonitate Principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam. Nec contenti sunt gratias non agere pro beneficiis, & humanitatis in se jura violare: sed Dei quoque, contra carnis, arbitrantur se fugere nolite sententiam. *Ezth. 16.*

Conquerendo dicit Dominus de populo Judæorum: Filios enutriti & exaltati, ipsi autem spreverunt me. Et convicit eos esse bestias minus gratos. Subditur: Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognovit. *Isai. 1.*

Multa & magna beneficia volebat Dominus facere Achaz regi Juda, prout mandavit ei per Isajam; quæ tamen ille acceptare contempserit. *Isaje 7.*

Misit Jonathas fortes armatos, qui liberaverunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum. Et postea alienavit se Demetrius à Jonatha, & non retribuit ei secundum beneficia, quæ sibi retribuerat, & vexabat eum valde. *1. Mach. 11.*

De decem viris Leprosi à Salvatore mundatis tantum regressus est unus magnificans Deum & gratias agens. *Luc. 17.* Ingrati fuerunt Paulo, domini, vel parentes puellæ phynotie, à qua spiritum malum Paulus egerat. *Act. 19.* Magis enim doluerunt de quæstu amisso, quam gavisi sunt de demone expulso.

Horum Exemplorum nonnulla repetuntur infra, sub suis Titulis, exprimeredo occasione, & materiam circa quam Ingratitudo versatur.

Consulatur etiam Locus de Impietate. Vbi Titulus peculiaris de hoc argumento.

INGRATI PRO QUIBUSLIBET, BENEFICIIS A QUOCUMQUE ACCEPTIS.

Putat

PRO INSTITUTIONE THEORICA. DISCIPULI ingrati erga Præceptores.

Consule Tit. Discipuli perfidii erga præceptores. Fere enim que tribuntur præceptoribus, non tam ex fide, quam ex merito illis conveniunt.

Ingrate in Socratem Athenæ, virtum Apollinis iudicio om-

nium sapientissimum iudicatum, cui pro Atica juventute E sanctè & sapienter instituta, venenum rependerunt. *Sabell. lib. 7. cap. 2.*

Aristotelice Philolophæ doctorem M. Crassus habuit Alexandrum. Is facilitatis & mansuetudinis documentum ex Crassi contubernio dedit. Quippe non facile dixeris, an egentior ad illum venerit, an apud eum factus sit. Solut enim ex amicis peregrinantem semper comitans lecticam accipiebat, quam repositabat. *Plut. in Crasso.*

APOLLONIUS Rhodius, poeta clarissimus, erga Callimachum præceptorem suum ingratus, eum contumelia quadam eum affecisset, occasione dedit Callimacho, ut contra eum ibidem carmen virtulentissimum componeret. Quod postea contra uxoris sollicitatore inimitatus est exul Ovidius. *Gyraldus Dialoq. 3. Hif. poetice.*

PRO MECHANICA OPERA, CONSILIOVE.

Consule Tit. Persida in locato & conducto.

Summa fide servivit Jacob avunculo suo Laban per xiv. annos. Laban verò amore simulans, re ipsa sæpe perdidit fuit, mercede decies commutata. *Gen. 29. 30. 31.*

PRO LEGISLATIONE, CONSILIO BONO.

SOLON, qui tam præclaras, tamque utiles Atheniensibus leges tulit, ut si his perpetuò uti voluissent, sempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina velut hostiem acem ex propinquo saluti eorum imminentem recuperavit, qui Pisisitram tyrannidem primus vidit orientem, & solus armis opprimi debere, palam dictare ausus est: senectutem Cyprî protugus exegit: neque ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit. *Valer. Max. lib. 5. cap. 3.*

Neminem Lycurgo Eunomi filio, aut majorem aut utiliore virum Lacedaemon genuit, utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur, Nescire se, utrum illum hominum, an deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ summa sinceritas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salubriter excogitare auxilio esse potuerunt, quò minus infestus Cives experiretur. Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando eiectus publico furore, etiam privatus oculo ab Alcandro juvene, ad ultimum ipsa patria pulsus est. Quid alia facient urbes? ubi etiam illa quæ constantia & moderatiois & gravitatis sibi laudem eximiam vindicant, tam ingrata adversus tam benemeritum exitit. *Val. Max. lib. 5. cap. 3. Alian. lib. 11. Plutarchus in Lycurgo.*

PRO NUNCIO, INDICIO QUAEVICUNQUE.

Prægnatorum Pharaonis regis Magister, cum Joseph ei somnium de liberatione sua explicasset, triduo post à rege liberatus, Joseph, qui in sidem vinculis detinebatur, oblitus est: neque pro eo statim apud Pharaonem intercessit, sed post biennium tantum. *Gen. 40.*

Callias ingratus erga Barbarum thesauri monstratorem. *H. Vide Tit. Tenaces in conservando.*

Tigrani Armenio, quòd eum, qui adventum Luculli primus ipsi nunciavit, pro præmio obruncavit, nemo postmodum detulit quicquam: verum ignarus desidebat igne jam flagrans hostili, adulatoreque audiebat dicentes, Insignem ducem fore Lucullum, si Tigranem operiretur Ephesi: & non, ubi jam innumeras legiones alexisset, extemplo profugeret Asia. *Plut. in Lucullo.*

Mercator in mercede promissa ei qui amissam hippopetram restituerat, perdidit. *Vide Tit. Persida in Pæto, Indicii præmio.*

PRO EDUCATIONE, NUCTIONE.

Hæc omnis Filiorum impietas & crudelitas erga parentes, referri potest.

ALEXANDER Magnus immemor primæ nunticationis & lactis,

A lactis, quod ab Hellenice nutrice infans biberat, ejus filium Clitum interfecit.

ANTONIUS CARACALLA Rom. Imp. factus multos viros innocentissimè vexari atque occidi iussit, & inter alios Clionem etiam qui ipsum educaverat, à quo multa acceperat beneficia, quique praefectus Urbis patris temporibus fuerat, quem saepenumero patrem appellaverat. *Dion. Nicæus.*

PRO ALIMENTIS.

JOSEPH prudentia sua conservavit Aegyptios à fame. At eo defuncto, oblii illi beneficiorum Joseph, multis malis gentem ejus affecere. *Gen. 41. Exod. 1. & 2.*

CHRISTIERNUS Danorum rex, ingratus erga Stenonem Juniozem, Svenonum regem, pro comiteatu dato. *Vide Tit. Clementia erga hostes.*

PRO HOSPITALITATE.

Consule Titul. Persida erga hospites.

B Ixonis erga Jovem ingratitude. *Pete ex Tit. Vita aliorum astute insidiari extra indicium.*

PHILIPPUS Macedonum rex habebat Militem manu fortem, cujus in multis expeditionibus utilem expertus operam, subinde ex præda aliquid illi virtutis causa donaverat, & hominem venalis animæ crebris auctoramentis accenderat. Hic naufragus in cuspidam possessionem Macedonis expulsum est. Quod ut Macedoni illi nunciatum est, accurrit, spiritum ejus recollectit, in villam illam suam transfudit, lectulo suo cessit, effectumque semianimum recreavit, diebus triginta impensa sua curavit, refecit, viatico instruxit, subinde dicentem: Gratia tibi referam, videre tantum mihi Imperatorem meum contingat. Narravit Philippo naufragium suum, auxilium tunc contigit, & protinus petiit, ut sibi præda cuspidam donaret. Et ille quidem erat hospes ejus, is ipse à quo receptus, à quo factus. Multa interim reges, in bello præsertim, operis oculis donant. Non sufficit homo justus tot armatis cupiditatibus, non potest quisquam eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere. Quomodo tot millia hominum insatiabilia satiabuntur? quid habebunt, si suum quilibet habuerit?

Hoc Philippus sibi dixit, cum illum induci in bona quæ petebat iussit. Expulsus bonis suis ille, non ut rusticus injuriam tacitus tulit, contentus, quod non & ipse donatus esset, sed Philippo Epistolam scriptam obtulit. Qua perspecta ita exarsit, ut statim Paulaniam mandaret, ut bona priori domino restitueret: cæterum improbissimo militi, ingratisimo hospiti, avidissimo naufrago, stigmata inferebat, ingratum hospitem testantia. *Seneca lib. 4. de Beneficiis.*

PROLEMÆUS Cetaurus Syria regem Seleucum manu sua occidit, cum ipse à patre pulsus (minorem enim natu filium, ut magis gubernando idoneum, in regno succederet) in Syria à Seleuco exceptus, diu, non sine magna impensa, magno in honore habitus esset. *Fulg. lib. 5. cap. 2.*

Leprosus ingratus erga hospitem Eulogium presbyterum Alexandrinum. *Vide Tit. Convivia & convulsas ferre.*

PHILIPPUS Macedo ingratus hospes erga Thebanos. *Vide Tit. Crudelitas bellica erga hostes vivos.*

CÆRETES Romana facta cum Vestalibus capta à Gallis Roma benignè conservavit: ipsos quinque Gallos spoliis onustos in Sabinis adorti opprefere. Romani parum grati, civitatem quidem dedere, non tamen jus civitatis. Unde Cæretes tabula dictæ. *Strabo lib. 5.*

PRO MORBORUM CURATIONE.

INGRATI ERGA MEDICOS.

Ingratus an magis amens fuerit Saul Judæorum rex, non facile dixerim, quem insipientem toties David recreavit: arcans eo carminibus retraxit, ut mens & ratio homini constanter: cujus regnum Goliad cæde stabilivit à cupis corpore violando bis abstulit, cum bis injuriæ obnoxium habuisset: & cum tot modis ille Saul demeruisse, ingratus rex quoad vixit, Davidem capitaliter odit, atque ita pertinaciter, ut in eum ferire non nisi cum morte desierit. *Sabel. lib. 7. cap. 2. ex 1. Reg. 17. & 18.*

E decem leprosis, novem, qui Judæi erant, via recta ad sacerdotem profecti sunt, ut se se offenderent, nulla gratitudinis erga Christum memoria: unus ad Christum rediit. *Luce 17.*

Ingrati erga Paulum Apostol. domini puella Pythionissa, à qua spiritum malum Paulus ejecerat, magis doluerunt de quaestu amisso, quam gavisi sunt de demone expulso. *Act. 19.*

Cuidam accidit apud Britannos medico, Erasmo Rot. ut patria communis, ita & amicitia conjunctissimo. Civem quemdam Londinensem, virum egregie numatum, & habitum adprimè probum, arte curaque sua liberat, non sine suo ipsius periculo; nam is pestilentissima febre tenebatur. Er, ut fuit in periculis, medico montes aureos fuerat pollicitus, si non gravaretur sibi in tanto vite discrimine dexter adesse, obtestatus & amicitiam, quæ illi cum eo intercedebat. Quid multis perlocutus & juveni, & Germano. Adfuit: nihil non fecit. Revixit ille. Ubi verecundè de pecunia medicus admonuisset, elusit nugator, negans de mercede quicquam addubitandum, ceterum arcæ nummarie clavem penes uxorem esse; Et nos, inquit, mulierum ingenium, nolo sentiat tantam pecuniæ summam à me datam. Deinde post dies aliquot hominem obivium factum, jam nitidum, & nulla morbi vestigia præ se ferentem, appellavit, & nondum datæ mercedis admonuit. Ille constanter asseverare, pecuniam suo iussu ab uxore nemitatum esse. Medicus negare factum. Hic vide, quam anam bonus ille vir arripuerit: cum forte medicus eum Latine, numero singulari appellasset, ibi velut atroci læcessus injuria: Vah, inquit, homo Germanus tuissas Anglum: moxque velut impos animi, præ iracundia caput movens, ditaque minitans, subduxit sese. Atque ad eum modum honestus ille civis eluxit, dignus profecto quem sua postus repetat. *Erasm. in Aagii.*

Canonicus Lichtenfelsus Basiliensis, Theophrasti Paracelsi opera à graviss. cardinalia exhibitis ternis Laudani pilulis liberatus, cum se centum liberent datatum spontè promississet, postea quatuor formis missis, illum ludere, & mulerdam nimis magno sibi constare diceret: re ad Judices delata, occasionem quidem dedit Paracelso Basileam indignanter relinquendi, sibi interim æterna sordida impudentia stigmata inussit.

PRO VITÆ CONSERVATIONE.

THESEUS Ariadnam Minois filiam (per quam Minotauri laniam effugit, suos cives servavit, patriam servitio exemit) in Naxo aut Chio insula reliquit, capus sororis Phædræ forma: à cujus connubio si abstinuisset, nec ipse filio orbatum esset, nec Aegæi penates incesti amoris fuggillati fuissent affectus. *Sabell. lib. 7. cap. 2.*

Nihil magis veteres poetæ mirati sunt, aut potius detestati, quam Jasonis ingratitude, qui Medeam Aetæ Colchorum regis filiam, cujus opera aureum vellus ex Colchide abstulit, gravique est periculum servatus, ex qua Palestram exulit sobolem, novi connubii cupidus repudiavit. Sed mala libido male illi vertit: quippe qui novo veterique thoro exutus, libris amissis, exul patria, luctu & morte confectus, vitam cum morte commutavit. *Sabell. lib. 7. cap. 2.*

DIOMEDES direpta Troja rediens in patriam, ventis delatus est in Libyam, ubi Lycus rex Marti hospites immolabat. Calirhoe vero filia Diomedem, cujus amore flagrabat, liberavit insidiis paternis. Ille spreto salutis auctore, clam enavigavit, puella dolore animi se suspendit.

LEONIDAS rex in exilium pulsus, à Cleombrotto genero immisus percussoribus occisus fuisse, nisi Agis aliter rex Eudamida F. fids comitibus stiparum Tegem usque perduxisset. At Leonidas regno Spartæ recuperato, Agidem insidiis circumventum, in carcere cum matre & avia strangulavit, juvenem opt. & Lycurgi legum revocandarum studiosissimum. *Plut. in Leonida.*

Tam parum fortis, quam etiam ingratis fecisse videri potest Magnus Alexander, qui Clitum nutrice sue filium in convivio interfecit, quod aliquando liberitatis Philippi patris gesta extolleret. Sed quantum Macedo in patrem, & jus laudi invidet, tantum nec minus in Clitum ingratus, per quem prælio ad Granicum amnem commisso à morte servatus, ingens nomen & imperium sibi comparavit. *Sabell. lib. 7. cap. 2.*

L. CORNELIUS SYLLA fugiens Sulpitium Tribunum, in Marii domum præter omnem expectationem se conjecit. A quo per posticum emissus dicitur, ut incolumis evaleat. Verum non parum gratiam Mario retribuit. Nam occupata urbe, in Marii caput pecuniam pronuntiavit. *Plut. in Mario & Sylla.*

L. CINNA, licet ab Octavio ex inimico amicus factus, & utque ad judicium dignitatem evehctus esset: nihilominus tantum beneficii immemor, adversus Octavianum insidias molitus est. Octavianus vero re cognita, cum eum separatum in cubiculo

vo-

A vocasset, ingratitude exprobravit. *Seneca de clemencia.*

C. CASSIUS M. Brutum in suam sententiam de Cæsare interficiendo pertraxit, inde Q. Ligarium, Pompeji amicum, quem eo nomine accusatum exemerat Cæsar noxa. Hic non quod ab judicio liberatus fuisset, gratiam Cæsari tribuens: sed propter quam vocatus in periculum fuerat, dominationem periculosus, ei infensus erat: Bruto autem in primis familiaris, cum illis conspiravit. *Plut. in Bruto.*

L. DOMITIUS Pompejanæ factionis, Cæsari inimicissimus, cum ter à Cæsare captus, & pro singulari clementia ab eo, in cujus manu ejus vita erat, dimissus esset, tantum beneficium ingratus nunquam agnovit: sed potius jurjurandum Cæsari datori vite violare non erubuit, adventu suo Massilienses confirmans. *Volat. lib. 15. Anthrop.*

In Constantem Imp. in Gallia conjuratio facta est, factione Magnenti, qua incautus, festus in venatione interfectus est: quem ipse Constantis olim in Illyris, tumultu militari exorto, oblecto paludamento texit ac servavit. *Cusp.*

DECEBALUS rex Dacorum, victus à Trajano, & venia do-

B natus, denuò rebellavit. *Vide infra de Basilio Macedone. Tit. Pæna Ingratorum.*

PRO URBIUM EDIFICATIONE

INGRATI.

AGRIPPA Judæorum rege mortuo, Cæsariensis & Sebasteni beneficiorum ejus oblii, pessimum ei reulerunt gratiam, convita non dicenda sacantes in defunctum: milirum quoque vulgus, qui tum forte aderant, protractis è palatio filium itatus unanimiter deulerunt in lunariani, eisque, ut poterant, illudebant, infructuose per loca publica epulis convivia celebrabant, coronis redimiti, & delibuti unguentis, libantes interim Charoni, & sibi invicem propinantes præ gaudio, quod ex obitu Regis conceperant. Atque hæc agentibus, nec Agrippe recentia merita succurrebant, nec avus ejus Herodes urbium illarum conditor, quas portibus & templis magnificentissime ornaverat. *Iosephus lib. 19. cap. 7. Antiq.*

PRO ADMINISTRATIONE FELICI

REIPUB. INGRATI.

Consule Tit. Persida erga principes, item, Ingrati pro profugis profugatis.

Israëliitarum populus servitio exemptus, sæpius desideris levatus, manifestis rerum miraculis per deserta traductus, seditionis magis quam pietatis indulgens, stulte impièque Moysen ducem suum maledictis incessivis, minaciter occurrit, Imperium detrectavit: communis exiti auctorem appellans, quem populi servatorem multo verius dixisset. Paucorum impulsu de imperio Moysi abrogando, & Aaroni sacerdotio cogitavit, beneficiorum immemor: abrogassetque haud dubie omnibus suffragiis, nisi divinum oraculum, ad quod res delata est, Aaroni sacerdotium stabilivisset, reddidissetque Moysi imperium adhuc angustius: Abyro, Datan, & Chore, seditionis auctoribus, manifesta Numinis ita, subito terrea hiatu absorptis. *Sabel. lib. 5. cap.*

Detrahe Atheniensibus Thesea, nulla, aut non tam clara Athenæ erunt. Siquidem ille vicatim dispersos civis suos in unam urbem contraxit, separantique & aggregati more viventi populo, amplissimè civitatis formam acque imaginem imposuit. Idem seva potentissimi regis Minoris imperia, vix dum atate pubescente, repulsi. Idem effrenatum Thebanorum insubentium domuit. Idem opem liberis Herculis tulit, & quicquid ubique monstrat scelus fuit, virtute animi ac robore dextra comminuit. Hujus tamen summi ab Atheniensibus, Scyros exulis minor insula ossa mortui cepit. *Valterius lib. 5. cap. 3.*

Proverbio olim in ingratos circumferebatur: *Αντ δαρπυνις Αγαπίουνα δισσα αραου. Pro beneficio unixerum Agamemnona Graji:* Agamemnon enim tot exhaustis laboribus in expugnanda Troja, pro dignitate Græciæ, domum reversus, veste inexplicabili involutus, interfectus est à Clytemnestra, auxiliante Aegistho adultero.

ARISTIDES Atheniensis, Justus cognomine, cum multa patria gessisset, postremo ob invidiam ab Atheniensibus in exilium actus: precatus est deos (non fuit Achilles Græcis iratus) ut Atheniensibus, quæcunque cuperent, bene fassitque evenirent. *Plut. in Aristide.*

L. B. Theat. vitæ Human. Tom. II.

PROCION Atheniensis, Phoci filius, licet sæpè multumque Estam operam patriæ præstitit: nihilominus tamen ab Atheniensibus morti adjudicatus, cicutam bibere coactus est. At cum jam venenum hauriret, interrogatus, Quidnam filio suo nunciari vellet? respondit: Ne mortem parentis sui ulcisceretur, ejusque interfectores ne odio haberet. *Ælianus lib. 12. de Var. hist. & Val. Max. lib. 5. cap. 3.*

TIMESIAS Clazomenius bene jureque Clazomenis præerat, vir omni virtutis genere ornatissimus. Transibat quodam tempore per scholam. Pueri dimissi à præceptore, ludis operam dabant; cumque duobus de linea incidisset contentio, alter jurabat, Sic ego Timesii cerebrum discusserim. Ille putans se in communi omnium hominum invidia positum esse, siquidem & pueri odissent, ultrò è patria concessit. *Ælianus Var. hist. lib. 12.*

Veneti Domini Flabanici ducis sui odiis inferventes, Urseolorum familiam urbe in perpetuum ejecerat, immemores beneficiorum ab ea receptorum. Sic illustris ad eam diem familia, & quæ summos in repub. viros habuit, præsentis ignominia eò usque depressa est, ut ad pristinam fortunam nunquam amplius emerferit. *Sabell. lib. 4. Dec. 1.*

Idem cum Franciscum Foscarum Ducem creasset, ipsiusque auspiciis Brixia, Bergomum, Crema & Ravenna imperio Veneto adjectæ essent: quartum atque octogesimum ætatis suæ annum, Ducatus autem quartum & trigessimum agerent, causati ejus decrepitam ætatem rerum administrationi magno esse impedimento, abire magistratu coegerunt. Quæ injuria, præ doloris magnitudine, ita hominem concussit, ut vix paucissimos dies supervixerit. Ita qui in tam longo senio diuturnitatem sibi in vita spondere non poterat, crepta eam injuriam pauci temporis vita, magnam nomini Veneto ingratitude atque invidiæ notam inussit. *Fulg. lib. 5. cap. 2. Egnatius eod.*

OB HOSTES DEPULSOS,

PROFLIGATOS, INGRATI.

Israëlitæ, mortuo Gedeone, qui eos à Madianitis liberat, ad idololatriam denuò lapsi, Baalberith sibi deum sanxerunt, & simul Gedeonis oblii, nullam illius posteris pro tot ejus erga Israëlitas beneficiis gratiam rependerunt. Uno igitur eodemque tempore, & erga Deum, & erga homines ingrati fuerunt. *Judicum cap. 8.*

NABAL ingratus erga Davidem, qui ejus pecora in Carmelo cum suis conservavit.

DAVID exul cum manu collectitia 600. Ceilam urbem Judææ conservavit, & Palæstinos ingenti clade affecit. Ceilani verò tanti beneficii immemores, cum Saulo regi tradidissent, nisi divinitus, oraculo admonitus, fuga sibi suisque consulisset. *Lib. 1. Regum, cap. 23.*

MILTIADES Cimonis, Lenno expugnata, Pelagis multatis & Marathonis victoria clarissimus, cum expeditionem contra Patios susceptam parum prosperè administrasset, parum abfuit, quin ab ingratisimo populo Atheniensis capite plecteretur. Quinquaginta talentis multatus, quia solvendo non erat, in carcere & vinculis mori coactus est. Imò ne corpus quidem ejus sepultura prius mandare passi sunt, quam filius ejus Cimon eidem vinculis se constringendum traderet. Hanc hereditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solum se sortitum, catenas cillisset & carcerem, gloriari potuit. *Val. lib. 5. cap. 2. & Herodotus lib. 6. & Plut. in Cimone.*

THEMISTOCLES nobilissimis factis principatum Atheniensibus peperit Græciæ, neque facta in Græcia majora aut clariora ullius esulserit. Hunc tamen tam intermeco profecti illi odio sunt, ut locum exilio, aut ad salutem tegendam asylum in Græcia habere, quin cum ad cædem intendissent, non valuerit, neque securitatem nancisci loco potuerit alio, quam apud eos, quos profligaverat, & quorum polis urbem instauraverat & decoraverat suam. Præclara illius circumferta sententia, *τι κακίονα τω θη αυθη εχρησθησεν? Quid eis negotium facessitis, qui vobis fuere beneficii? Se quoque subinde platano consimilem prædicabat, ad quam decurrerent, quos infestaret imber: mox verò ferentate reddita, velleretur ab eisdem, interimque convitiis profunderetur. *Val. Max. lib. 5. cap. 3. Plut. in Them. Ælian. 13. Var. hist. Celius lib. 25. cap. 1. A. L.**

Pugna ad Arginulas, qua Atheniensis vicere Spartanos omnium maxima memoratur, quas unquam Græci cum Græcis decertaverint. Naves Atheniensibus ad quinque & viginti petiere cum maxima hominum in eis parte: Peloponnesiæ

A **siacæ** ad septem & septuaginta. Tanto itaque navium dilacato numero, castique propè simul omnibus eorum viris, per mare late naufragia conspiceret erat permixtis cadaveribus, Phoceniumque & Cumarum oras maritimas cadaveribus passim stratas videre erat. Post hæc consultantibus inter se prætoribus Atheniensibus: alii censebant cadavera suorum imprimis perquirenda legendeque, cum constaret, ab Atheniensibus gravissimè in eos vindicari solitum, qui mortuos sepelire neglexissent; alii potius videbatur, confectum Mitylenem navigandum, eamque quam primum obsidione liberandam. Verùm tempestas ingens & aspera concutere naves cepit, milites quoque certaminis labore defatigati, tum suadum deterriti insuperabili vi, perquisivionem cadaverum detrectare. Postremò tempestatis procella invalescente, neque Mitylenem contendere licuit, neque legere mortuos: at cogente ventorum spiritu, feruntur in Arginusas. Perlatò Athenas victoriæ nuncio, Populum læticia simul & dolor didistrahare cepit, militum quisque probare virtutem: neglectam verò sepeliendis iis, qui pro imperio occubuerant, pietatem gravissimè ferre. Jam Thrasybulus & Theramenes Athenas ante redierant. A quibus reliqui Prætores accusati fe existimantes, calumniæque fingi de cadaverum negligentia, epistolæ contra eos confectum mittunt ad populum, quibus significabant illis mandatum fuisse, uti cadavera legi sepelitive curarent. Quod utique fuit illis malorum causa: Nam cum licuisset in eo iudicio defensoribus uti illis, qui Theramenis factionem tuebantur, viris utique eloquentia præstantibus, multorumque amicitia & gratia communis, quique in eo prælio cunctis fermè gestis interfuerant, contra per eas literas adversarios sibi acerrimè quoque accusatores effecere. Recitatis in concione epistolis, exemplò multitudo in Theramenes reliquosque socios infrendere cepit, qui cum fe culpa omni opportunè purgassent, iracundiam omnem rursus in iudices convertere. Die itaque à populo dicta illis, ac liberato culpa Cononi, decernunt copias tradi, reliquos accitos in urbem confectum accedere. Aristogenes & Protomachus populi furorè veriti, fuga fe protulerunt. Thrasybulus, Calliades, item Lyfias, Pericles, & Aristocrates cum multis navibus Athenas revertuntur, eorum multitudinem freni, quos secum vehebant, quorum intercessionem sibi in iudicio sperabant fore præsidio.

C **Post ubi** in concionem ventum est, cum iudicium causæque cõpesset agitari, maximè eis nocuerunt cognati, qui complotando quisque suos, orabant populum, ne tam impiam negligentiam impunitam finire vellent erga eos, quorum sanguine patriæ salus redempta esset. Igitur capitis damnati sunt omnes, eorumque fortunæ in publicum redactæ. *Diod. lib. 13.*

CONSTANTIUS vir fortis. Vestgothorum regum Valliam imperata facere coegit: & Placidiam Honorii sororem recepit, quam in uxorem duxit. Constantium Gallie tyrannum cum Constante F. Iovinum item & Sebastianum ejus fratrem, Attalum quoque & Heraclianum in Africa res novas molientes preffit. Dum contra Vandalos Hispaniente bellum moliretur, immatura morte sublatus, adversa imperii sorte, septimo mense, postquam Cæsar fuerat appellatus. Post ejus obitum Placidia vidua cum filiis Valentiano & Honorio iussu Honorii ingratis, hominis pulsa, à Theodosio Arcadio filio, qui Orienti præerat, hospitaliter excepta fuit. *Cuspin.*

BEUSARIUS à Justiniano Imp. in Italiam missus, ut Gothos Vandalosque omni Italia pelleret, eum se ducentem gessit, ut quem illi conferre possis, habeas neminem. Nam & Urbem Romam recepit, & Gothos Italia finibus expulsi, ut Vitigem Gothorum regem capium Constantinopolim duxerit, & militarem omnem rem summa felicitate administraverit, ut nulla par oratio ejus laudi excogitari queat. Hunc tamen redeuntem Constantinopolim, ingratus principis edo redegit, ut captus etiam luminibus ejusdem principis iussu, quotidianum panem in mendicare coactus sit, id semper repetens: Date sibi panem Belisario, quem viris extulit, invidia excœcavit. *Fulg. & Egnat. lib. 5. cap. 3.*

Par propè laus eunuchi Narsetis esse poterat, sed felicitior aliquanto quam Belisarii exitus, si non ille saltum femineum in primis exolus, Longobardos in Italiam evocasset. Meruit ille quidem Italia crepta à barbaris, assertaque in veterem libertatem, præclarum æternumque nomen, sed cum Justiniani uxor Sophia illum redire in Græciam iussisset, ut eunuchus lanæ pensa expleret: Vide, inquit, & dicito redditurum me itatum, idque pensum exorturum (quando tanta ingratitude mecum agit) cujus illa nec principium nec finem invenierit. *Egnatius lib. 5. cap. 3.*

ALFONSUS III. Asturum & Legionis rex, Sandiam Comitem æmulorum vocibus in vincula conjecerat. Bernardus de Carpio pro patre sæpè intercesserat, sua quinque annorum fortitudine præclaram operam navaverat. Nam cum apud Beneventum Alfonso contra Mauros interfecto equo in terram prostratus, & à multitudine hostium circumventus, in extremo foret periculo, Bernardus rogem excepit. Post cum civitas Zamorensis à Saracenis obsideretur, strenuitate Bernardi liberata est: & tunc Alfonso Bernardo de patre liberando spem fecerat. Ceterum cum promissum id de die in diem differret, Bernardus suis & amicorum copiis fretus terras regias vallavit, regis exercitum vicit, & Duces cepit, sed statim dimisit, ut patris liberationem obtinerent: Rex id pollicitus est, si Bernardus arcem Carpiam regi traderet. Bernardo assentiente, Rex misit ad urbem Legionensem, ut pater Bernardi adduceretur, qui quatuor ante diebus obierat. Ergo cadaver optimis pannis vestitum supra equum erectum & alligatum Bernardo misit. Qui ut primum eum mortuum cognovit, inconsolabiliter lacrymatus est. At Rex loco consolationis eum statim regno excedere iussit. Ergo Bernardus ad Carolum Calvum regem Franciæ abiit, ibique militans saluberrima auxilia patriæ contra Mauros tulit, majorem concitus gloriam odio quam obsequio æmulorum. *Rodericus Santius part. 3. hist. Hispan. cap. 12.*

CAROLUS ZENUS (qui virtute sua animique magnitudine Clodium urbem recepit, Ligurum hostem navalis prælis toties vicit, Bucicaldum Franci sanguinis virum fudit, navimque Bichioniam omnium ea tempestate potentissimam expugnavit: senexque postmodò Cyprum regnum, pulo Ligure ex insula tota, suo Regi afferuit) insignitans populi Veneti pervefo iudicio Procuratoria dignitate privatus, carcere quoque, quamvis non satis perpecta etiamnum causa, aliquandiu fuit inclusus, nulla virtute ejus ratione habita. *Egnat. lib. 5. cap. 3.*

XYRUS IV. Pontifex, Roberto Malatesta mortuo (cujus ductu Alfonso Ferdinandum Aragonii F. in agro Veliterno fuderat, & res suas jam propè desperatas in integrum restituerat) vidua & pupillo ejus ejecto, Ariminum occupare, & Hieronymo Riario tradere instituerat, nisi Florentini viduæ defensionem suscepissent. *Brunus lib. 7. Hist. Flor.*

OB PULSOS TYRANNOS

INGRATI.

Nulla Græciæ civitas habuit unquam tam claros duces uno tempore, nec qui tam concordi animo rempublicam administrarent, quam Thebe Epaminondam & Pelopidam: qui patria in libertatem alserta, Spartans Græciæ dominam dejectis, amplissimis rebus domi forisque gestis insignes, paucorum civium obtrectationes majestatis rei causam dixerunt. Aded nulla unquam virtus fuit tam aut suis utilis, aut tam mitis, quam non domestica vellicat invidia. *Sabl. lib. 7. cap. 2.*

Atheniensis ob liberatam à Demetrio Poliocrete urbem, aded illi indulserunt, ut decretum viderent, quicquid Demetrius veller, id ipsum auro superos sanctum, & inter homines justum haberetur. Incessabat interim Stratoles ut delirus, qui talis fuisset decreti auctor & quapropter Spartam quidam dixisse fertur: Delirus esset Stratoles, nisi sic deliraret. Eo autem conspiratione regum magna assecho clade, cum unicum refugium ad Atheniensis haberet, ingratis omnium legatos ejus urbe excludere. Quam injuriam in præsentia dissimulans recollectis viribus Athenis expugnatis non est ultus. Rex dignus, qui in verè gratos beneficium contulisset. *Sabl. lib. 7. Egn. 9.*

DIOS Syracusanus tyrannum Dionysium urbe exutum in arce obsidebat, & Syracusanis libertatem restituerat. Heraclides exul reverfus Syracusus, vir rei militaris aliqui peritus, & à Dione classi præfectus, plebem clam ad popularem statum adhortari cepit. Iraque xxv. prætores creati sunt, & is Heraclides: Dionemque falsò tyrannidis infimulatum, urbe exegit cum suis. Verum non ita multò post cum Nysius dux Dionysii ex arce impetum in Syracusanos fecisset, urbemque cadibus & incendio miserè afflixisset, Dionem missis legatis supplices revocare: qui compulsus in arcem hostibus & obfessis, mimis suis, & inprimis Heraclidi, veniam dedit, eundemque sponte sua navarchum constituit. Jam verò acceperat deditionem accepta, cum liberis Syracusanis leges ferre Dion pararet, eique Heraclides Democratæ studiosius repugnaret, &

A & tyrannidem objicere non cessaret, convivit, ut mercenarii eum interficerent. Callipus inde Atheniensis, qui maximis honoribus à Dione fuerat affectus, cum mercenariis & Syracusanis falsis calumniis contra Dionem tanquam tyrannum concitasset, ipso Proferalium festo in tricinio sedentem interfecit, & Syracusas occupavit: ut ingratusfimo erga liberatorem populo celestissimus erga benefactorem brevi tempore imperaret. *Plut. in Dione.*

SERVILIUS HALA, cum magistrù equitum Spurium Melium regnum affectantem occidisset, eultodia libertatis civium exilio suo penas pendenda. *Val. Max. lib. 5. cap. 3.*

Quis ignorat, tantum laudis Scipionem Naficam toga, quantum armis utrumque Africanum meruisse, qui pestifera Tiberii Gracchi manus non effugisset: Sed is quoque propter iniquissimam strangulanti passus non est: Sed is quoque propter iniquissimam virtutum suarum apud Romam, affirmationem, sub titulo legationis Pergamum secessit, & quod vitæ superstit, ibi sine ullo ingratis patriæ desiderio peregit. *Val. lib. 5. cap. 3.*

P. CORN. LENTULUS, clarissimus & amantissimus Reipublice civis, cum in Aventino Gaji Gracchi nefarios conatus & aciem pia ac forni pugna magnis vulneribus exceptis fugasset: prælii illius, quo leges, pacem, libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in patria moretetur. Siquidem invidia & obtrectatione Populi compulsus, legatione à Senatu libera impetrata, habitaque concione, qua à diis immortalibus petiit, ne unquam ad ingratum populum revertetur, in Siciliam profectus est, ibique perseveranter morando competere fe voti fecit. *Val. Max. lib. 5. cap. 3.*

Bello primo Ligustico fames ingens civitatem Venetam invasit, frumentandi facultate ex Sicilia Afuliaque negotiatoribus adempta. Genensibus maria instansibus, nemo erat qui publicis commodis suo privato periculo consulit velleret. Opus igitur erat valida classe, qua frumentatores citò ultròque navigantes ab hostium injuria tueretur. Sed id ipsum in tantis bellorum motibus non ita facile præstari poterat: ad vicinorum itaque opes est recursum. Missi Taurinum, Patavium, Ferrariam, & ad alias vicinas urbes, qui ad ingentem pecuniam que promittebatur, adderent preces, orarentque, ut si qua Venetominis in vicinis extarent merita, cum in alios, tum in Patavinos recentissima (quippe quibus, suo in primis beneficio, servitutis jugum nuper fuisset ademptum: scire omnes nullas aut majores, aut prætoriores ad evertendam Eclini tyrannidem opes affuisse, quam Venetas) civitatem de fe bene meritam, in tanto discrimine juverent. Quod si illa ipsa suo adverso tempore illis exdidissent (quando ita comparatum sit, ut omnium beneficia magis dantium fortuna, quam animus commendet) jure humanitatis faltem id à fe imperatum vellent. Neque preces necque pecuniam vicinorum ingratusdinem vicerenega ubique frumentatio est. Tum Veneti indignitate rei moti, ut sciret omnes, vel imprimis illi ipsi, qui id modò tam obstinate negaverant, quam ad hunc fecum ad eam diem actum esse legem vulerent, quam ad hunc diem tenet, ut omnes qui intra Phanticum sinum, & Padi fluminis ostia negotiorum causa navigarent, vœtigal reipob. penderent: ad quod perfolvendum, & mercem ipsam (si magistratibus ita libuisset) æstimandam, Venetas venirent. Cui legi ne fraus fieret, novus magistratus est creatus: huius alioque navigia, quibus omnem orbem maritimum perlustraret, data. Hac de causa Bononiense bellum exortum. *Sabl. 10. lib. Dec. 1.*

DE OB AUXILIUM LATUM.

Magna perfidia Diodorus Tryphon in Jonathan Machabæum, Judæorum sacerdotum principem, usus est. Nam cum in subsidio Tryphon proque Antiocho deo adversus Demetrium profectus esset, ut pro lata eo gratiam referret: per-suasit ei Tryphon, ut exercitum dimitteret. Quod cum Jonathan egisset, eum Tryphon cepit, atque omnes qui cum eo erant, occidit. Nec verò ea prodicione contentus, perfidiam quoque addidit. Nam cum iurejurando Simoni Jonathanæ fratri promississet, si Jonathan filios, & centum auri pondo, quæ polecebat, ad fe misisset, Jonathan carcere emissurum: omnibus à Simone peractis, Tryphon postea Jonathanam occidit. Sed hanc longa tantorum scelèrum penes eum voluptas fuit: quoniam ab Antiocho, qui Soter cognominatus est, Demetrii filius, in Asia apud urbem Apameam prælio victus, atque interfectus fuit. *Fulg. lib. 9. cap. 6. & Marcellus lib. 3. cap. 6.*

Belli Peloponnesiaci anno septimo, duce Brasida Megaram ab Atheniensibus Spartan recipere. Res mira accidit. *L. B. Thrac. vita Humana. Tom. IV.*

apud Lacedæmonios in eo exercitu comparando. Ubi publicè editum, ut servitia, que eo bello de Republica sibi merita viderentur, sefe ab aliis fecerent, hi ad duo millia numerum dicuntur. Qui quum coronati, velut libertate donati, deorum templa obtulissent, media luce subtracti sunt, nec cogniti postea aut auditum, quo genere mortis fuerint extincti. Thucydides eos publico consilio necatos credit, quòd servitorum manus ingens, post Pylum captam, cæperat vulgò civibus esse suspecta, ne quid ea temporum novitate adversus rempublicam molirentur. *Sabl. lib. 7. Egn. 3.*

CLEOMENES Lacon assumpto uno ex familiaribus suis Archonide, eum consortem & adiutorem sui proposuit fecit. Juravit igitur ei, si voti compos fieret, se omnia cum ipsis capite tranfacturum esse. Cum verò potius rerum esset, occiso socio, caput ejus exsectum vasi pleno mellis imposuit: quotiescumque aliquid agere instituisset, oculos in urnam dehexit. *Ælian. lib. 12. Var. hist.*

Carthageneses Xanthippum Lacedæmonium, cujus optima opera primo Punico bello usi fuerant, & quo juvante Attilium Regulum ceperant, simulantes sefe domum revehere, in alto merserunt. Quid tanto facinore petentes: an ne victoriæ eorum focus superesse? Extat nihilominus & quidem cum opprobrio, quem sine ulla gloria jactura in violatum reliquissent. *Val. lib. 9. cap. 6.*

GEORGIUS Servia Despotæ, ab Amurathe Turcarum Imper. licet genero, patria expulsi, diu apud Hungaros exulavit. Joannes Huniades cum exercitu Serviam ingressus, plurimis claudibus Turcas affecit, Servia magnam partem recuperavit, non tamen Georgio cuncta restituit: multa dedit amicis, cum sua virtute repulisset hostes, & Georgii suspecta fides esset, qui medius inter Hungaros ac Turcas, nunc hos, nunc illos sefellisset. Cum malè pugnatum esset in prælio Varnensis, fugiens Huniades, in Serviam se recepit. Sensit adventum ejus Georgius, atque obviam factus, venientem interfecit, & quasi hostem conjecit in vincula: nec prius dimisit, quam oppida suæ ditionis ab eo pridem occupata recepit. Nec multò postea, cum Joannes versus Sophiam copias duceret, videreturque non parva Turcis illarum damna, Amurathi omnia Hungarorum consilia patefecit. Unde ille admonitus maximam Christianis intulit cladem. *Æneas Sil. cap. 4. & 5. Europa.*

OB URBS OCCUPATAS

INGRATI.

PHARAO Ægyptius rex, Moysen post præclaram illam, quam de Athiopiis victoriam reportavit, Meroeque ex hoste capta, haud dubie interfecisset, nisi matura ille fuga sefe periculo subtraxisset: naminis providentia, ut credere fas est, servatus. *Sabellius lib. 7. cap. 2.*

PHILIPPUS Antiochi regis Syriæ frater, ingratus erga Milesium, cujus opera Damalico fuerat potius. *Id. Vide Tir. Proditorem.*

M. FURII CAMILLI virtuti & gloriæ invidentes Romani, præsertim quia Tribunorum concionibus populum Vejosis traducere conantium sefe opponeret, rogationem de migratione antiquarunt invidi: sed omne odium converterunt in Camillum; aded ut ne familiari quidem luctu ejus (ex morbo enim fuerat altero de filiis orbatu) leniti, quicquam de odio remitterent: quamvis hoc vulnus vir lenis & placidus ferebat acerbe. Sed cum esset ei dies dicta, luctus eum domi cum mulieribus cohibuit. Accusator L. Apulejus crimen interverfe prædæ Herulicæ intentavit, adeoque valvas quasdam ex manibus areas domi ejus jactabatur apparare. Erat plebs in eum incensa: neque dissimulabat se quavis ratione eum damnaturam. Ille igitur accitos amicos, commilitones & collegas, quorum erat ingens turba, rogavit, ne fe iniqua damnatione ob turpem noxam circumvenendum proderent, vel illudendum inimicis. A quibus re inter ipsos deliberata & communicata, responsum tulit, non posse fe illum, ut videbatur, iudicio eripere, collaturos, quanti damnatus esset. Ita ille tanto impatiens indignitatis, in exilium abiit: indicta causa damnato lisi ei est assium quindecim millibus æstimata. Quæ summa ad argenti rationem relata, efficit mille & quingentas drachmas. *Plut. in Camillo, & Val. lib. 5. cap. 3.*

L. SYLLA dictator erga Lucretium Ostellam, cujus opera urbem Prænesticam ceperat, ingratus. *Id. Vide Tir. Magistratus crudelis in vel extra indicium.*

OB IMPERIUM AMPLIATUM.

TIMOTHEI virtute Atheniensibus subactæ multæ infule. *LI 2*

A fuerant, cedentibusque Lacedaemoniis, maritimum imperium adepti fuerant. Populus Atheniensis consilium Mnestheo focero Timotheum dederat, quem adversus Samios classi praefecerat. Is cum Mnestheum accusasset, quod ejus culpa Samo potius non esset, Mnestheus autem in generum crimen rejiceret: credululque nimium populus, pro eo quod imperia Mnesthei aut tempestati tribuendum erat, centum talentis Timotheum multavit: & cum Timotheus solvendo non esset, in exilium eiecit, ubi haud multo post mortem obiit. Sed Athenienses inde pravi iudicii poenitentia ducti, Cononi, Timothei filio, multas novem partes remiserunt, decima ad urbis muros instaurantos assignata, quos Timothei pater Conon ex hostium praeda construxerat. *Fulg. lib. 5. cap. 3. Ael. lib. 3. de Var. hist.*

Carthaginenses Hannibalem, qui pro illorum incolamitate & victoria tot Imperatores, totaque exercitus Rom. trucidaverat, quot gregarios milites hostium si occidisset, magnae gloriae foret, & conspectu suo submovere in animum induxerunt. *Val. lib. 5. cap. 3.*

Africanus superior, non solum contumax & contrafactam belli Punici armis Rom. sed penam jam exanguem atque morientem, Carthaginis dominam reddidit. Cujus clarissima opera injuriis pensando, civitatis ignobilis eum ac deserta paludis accolam fecerunt; ejulque voluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, sepulchro suo inferibi jubendo: Ingrata patria, ne olla quidem mea habes. *Valer. lib. 5. cap. 3.*

Nihil virtute minor posterior Africanus, sed ne exitu quidem felicior. Duabus enim urbibus, Numantia atque Carthagine, Imperio Rom. imminuentibus, ex rerum natura depulsis, raptorem spiritus domi invenit, mortis puniorem in foro apud Pop. Rom. non reperit. *Val. lib. 5. cap. 3.*

Talia passio, credo, quae fratri ejus F. Scipioni Asiatico accidit, solatio esse potuerunt: cui rex Antiochus devictus, & Asia Imperio populi Rom. adjecta, speciosissimisque triumphus, ut paeceulatus reus fieret a Petilio tribuno plebis, & in carcerem duci juberetur, causam praebuit. *Val. lib. 5. cap. 5.*

C. JULIUS AGRICOLA, cum in Bello Britannico egregiam pro Repub. Romana operam navasset, primique omnium Romanorum fuisset, qui Britanniam circumfusam etiam mari undique cognovisset: Romam tamen veniens, imperante Tiro Vespasiano, vitam suam summa paupertate & ignominia (eod quod majorem, quam prator patet esse, effecerat) transiegit: & ob eandem etiam causam postea a Domitiano interfectus est. *Xiphilinus.*

BAIAZETHES II. Imp. Turcarum, tertio Imperii sui anno Valachia subacta Constantinopolim reverfus, Acomatem Basam, cujus virtute fratrem Cemem, quem alii Zizimum vocant, regni amulum, bis profligaverat, quum innumera ipsius officia rependere aliter non posset, interfecit: iustitiam, nihil servi magnitudinem ac virtutem domino timorem incutebat. *Jovius in vita Baiazethis.*

ODOARDUS Pacieus Lusitanorum praefectus, tribus solis navibus, cl. militibus Lusitanis, regem Cochinchensem, contra regem Calecutiensem, incredibili fide, fortitudine, prudentia, disciplina militari defenderat, fuisque nominis terrore Indiam, fama Europam compleverat. Domum reversus, tam a Rege, quam ab omni nobilitate cum maxima gratulatione acceptus est. Illius enim in gerendo bello celeritatem, in periculis animi magnitudinem, in laboribus perferendis constantiam, in exitu praeferiorum felicitatem, multis in caelum laudibus efferebant. Rex Emmanuel supplicationem illius nomine decrevit, & a maximo urbis templo in templum Domini cum solenni pompa cum suis incessit. Illius latus Pacieus tegebat, ut omnes perspicerent, quanto honore Rex virtutem honoraret. Ubi ad templum ventum est, Jacobus Ortusius Vifensis Episcopus orationem luculentam habuit, qua hominis egregia & amiranda facinora verbis amplissimis ornavit, ita tamen, ut omnia ad Dei gloriam, ut par erat, & pie & sancte revocaret. Nec hoc tanto honore contentus Emmanuel, litteras ad omnes ferme Christianos Principes dedit, quibus res a Pacieo gestas debitis laudibus illustrabat, ut nomen illius per omnem Christianam Rem. cum maxima nominis gloria vagaretur. Cum rex intelligeret, Pacieum esse nimis tenuem (quod enim habuerat, in armis absumpsum) neque quidquam ex India praeter egregiam laudem ex bello tam periculofo fortiter & feliciter administrato reportare, illum praefectum in Aethiopia, quam S. Georgii nomine vocant, unde aurum in Lusitaniam importari solet, ut in ea praefectura commode posset rei familiaris prospicere. Sed cum is invidia maxima flagraret, fuit ab inimicis & invidis insimulatus, quod Re-

gem maximo auri pondere fraudasset, multaque scelera & flagitia susceperat. Rex igitur illum vinculum catenis in Lusitaniam perducit, ubi longo tempore carcere inclusus miserissime vixit, usque eod dum re diligenter excussa, conemptum fuit, crimina illi ab inimicis illata, partim falsa, partim levia fuisse. Tunc igitur vinculis expeditus, & in dignitatem restitutus fuit, sed non illo praemio affectus, quod tam eximie virtuti debebatur, adeo ut vitam in egestate traduceret. *Osorius lib. 4. rerum Emman.*

OB PATROCINIUM INGRATI.

M. CICERO Cn. Pompeium Lenatem, Picensis regionis, rogatu Marci Caesii, non minore cura, quam eloquentia defendit: eumque causa admodum dubia fluctuantem, salvum ad penates suos remisit. Hic Pompeius postea nec re, nec verbo a Cicerone laesus, ultro M. Antonium rogavit, ut ad illum proscriptum persequendum & jugulandum mitteretur: imperatque detestabilis ministerii partibus, gaudio exultans, Caesetam occurrit: & vitum, omnino quod amplissima dignitatis, certe salutis ejus auctorem, studio praestantissimi officii privatum sibi venerandum, jugulum praebere jussit: ac protinus caput Romanae eloquentiae, & pacis clarissimam dexteram, per summum & securum omnino amputavit; eaque sarcina, tanquam opimis spolis alacer, in urbem reversus est. Neque ei scelestum portanti onus succurrit, illud re caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat. Invalidae ad hoc monstrum suggillandum literae. Quoniam qui talem Ciceronis causam satis digne deplorare possit, alius Cicero non extat. *Val. Max. lib. 5. cap. 3.*

Quo nimbo, qua procella verborum, impium P. Sextilii caput obrui meretur? quod C. Caesarem, a quo tum studio, tum etiam feliciter gravissimi criminis reus defensus fuerat, Cinnanae proscriptiois tempore profugum, praesidium suum in fundo Tarquinienfi cladis conditione implorare, beneficii iura repetere coactum, a factis perfidiae mentis, & altaris nefandorum penatum avulsum, truculento victori jugulandum tradere non exhorruit. Finge, accusatorem ejus forum publica in supplicis nomen convertit, tam lactuosa illam opem genibus inanius orasse, crudeliter tamen repulsus videtur: quin etiam quos injuria invidios faciant, gratiosos miseriam reddunt. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum se vestivisse inimici violentiae suis manibus obiect: si metu mortis, vita indignus: si praemii spe, morte dignissimus. *Valer. Max. lib. 5. cap. 3.*

Cn. POMPEIUS Magnus Cn. Carbonem, a quo admodum adolefcens de paternis bonis in foro dimicans protectus est, bellis civilibus interim jussit, tam ingrato factio plus L. Sylla viribus, quam propria indulgens vercundic. *Ibid.*

PRO LIBERALITATE

INGRATI.

OCTAVIUS AUGUSTUS as alienum cujusdam Senatoris, quem charam habebat, non rogatus dissolverat, ac pro eo quadragies nummum exposuerat. Senator ea re cognita, pro gratiarum actione nihil aliud scripsit Caesari, quam, Mihi nihil, veluti expostulans etiam, quod cum numerasset omnibus creditoribus, ipsi nihil numerasset. *Suet. & Macrobi. lib. 2. c. 4. Sat.*

TIBERIUS Caesar occidit Cn. Lentulum augurem, patricio genere, vitaeque modestae ac virtute insignem, posteaquam is eum heredem scripserat. *Suetonius.*

Idem Imp. Rufum Geminum, a quo haeres factus erat, in Senatu accusavit, nullam aliam ob causam, quam quod mollis & effeminatus esse diceretur. *Dion. in Tiberio.*

C. CALPURNIA, si cum quis in testamento heredem nominasset, & postea felicioris fato supervivere contigisset, questus se ab ejusmodi homine contempni haberi, percussores immittere consueverat. *Suetonius.*

PHILIPPUS Vicecomitis ducis Mediolanensis ingratitudeem erga Beatricem uxorem, civis opibus gravissimo bello se liberat. *Pete ex Tit. de Persidia erga uxorem.*

LUDOVICUS ARMBOLDUS, cujus Mediolanensis, bis adversa valetudine correptus, testamento trecentos aureos nannos tonsori, qui ei ministrabat, reliquit. Sed cum liberatus esset, & post aliquod tempus in valetudinem rursus incidisset, tonsor longioris morae ad consequendum legatum impatiens, veneno vitam ejus petiit. Ergo ut munus impensa opera suam

agnam acciperet, in foro fracta cervice vitam amisit. *Fulg. lib. 7. capite 8.*

OB REGNUM ACQUISITUM, CON-

SERVATUM, RECUPERATUM.

CASSANDER Antipatri F. Cum Antigoni regis opera regnum Macedoniae Antipatris contra Ptolemaum Aegypti regem, ingratiissimum tamen sese ergo Antiochum praebuit: neque dubitavit, illi cum Lyfimacho & Seleuco bellum inferre. *Pausanias in Atticis.*

AGESTILAS, Lylandri opera Leontychidi in regno prelatas, ejuldemque commendatione a civibus Asiaticis contra Perfas vocatus, duxit secum inter triginta consiliarios Lylandrum, quod esset praecipue ut principe amicum apud. Ceterum cum Lylandrum in majori esse gratia videretur, apud Jones Agestilas, invidia & ambitione flagrans, primum nullus rei gerenda ei concessit materiam: Deinde quos videbat Lylandro magis addidit, semper innotuit dimittebat: Lylandrum quoque dividendis caribus adhibuit. Demum quo cum ale penitus dimitteret, legatum in Hellepontum misit. *Plur. in Lylandro.*

Cum Chryzaphilus eunuchus abuteretur Theodosii junioris Imp. facilitate, Eutychniana haeres infectus, assumpta consiliorum suorum adjuvante Eudoxia regina (quae tamen Pulcheriae intercessione ab infimo loco ad supremum dignitatis gradum pervenerat, cum Leontii Atheniensis sophista filia esset) Caesari perferantur, ut Pulcheriae sorori rerum administrationem admitteret. Illa relicta principibus aedibus, privatum vixit: quoque Caesar recepto animo, veniam a sorore petiit erroris, illicque administrationem rerum iterum commisit, eunuchus perpetuo exilio multatus, atque bonis ejus publicatis. *Cyprianus.*

THEODAHATUS, Theoderici Ostrogothi regis ex Amalafreda regina sorore nepos, Etruriae praefectus, literis egregie eruditus, atque in primis philosophiae Platonicae studiosus, caeterum avaritiae supra modum dectus repetundarum ad Etruscis accusatus, & ad sua cuique ablata restituenda compulsus, ab Amalafientia regina, Theoderici F. post mortem Athalarici filii, cum se vitam more suo mutaturum, & titulo regni contentum, administrationem illi relicturnam, sacramento confirmasset, in thori regnique societatem acceptus est. Ceterum ingratiissimus homo Amalafientiam per causam conservandae inter Gothos concordiae in lacus Vulsinensis insulam relegavit, ibique post occidit. A Justiniano idcirco Imp. bello petitus est. *Signon. lib. 17. Imp. occid. ex P. Diac.*

BASILIUS Macedo, a Michaele Romanorum Imp. qui jam per decem annos cum Theodora matre regno praetulerat, ob fortitudinem in societatem Imperii aditus, uti solus eo potiretur, Michaelem interfecit. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

JUSTINIANUS II. ingratiissimus fuit erga Bulgarorum regem Trebellium, per quem Imperium receperat. Orta enim inter Thracas & Bulgarios de finibus contentione, bellum ipsi genti intulit: ingressusque Bulgariam, accessisset haud dubie eam gentem magnis gladibus, nisi Trebellium progressus illi obvium, victum praelio ac male affectum suis ejecisset finibus. Primum enim ad Anchialium praefectum Bulgarios, coegit eos se intra montes retrahere. Sed ubi Bulgari Romanos intellerunt temere vagari inter pabulum, resumptis viribus impetum in eos fecerunt, multis interemptis, multis captis, & parum absuit, quin Imperator caperetur: qui se in vicinum castrum recepit, ac jugulatis omnibus equis, ne in potestatem hostium veniret, navibus cum maximo dedecore est Byzantium delatus. *Cyprianus.*

TIBERIUS III. Imp. cognomen Apfimarum, Philippicum cujus viribus fretus ad Imperium pervenerat, suspectum habens, in Ponto exulare jussit. *Volater. lib. 23. Anthrop.*

MICHAEL Calaphatis Imper. Joannem Orphanotrophum avunculum suum, cujus beneficio & intercessione a Michaele Paphlagonie avunculo adoptatus fuerat, homo ingratiissimus in exilium expulit. Mox ad cognationem suam conversus, viros omnes suae familiae, & maritos, & puerosque parentes, & jam adolefcetes, genitalibus membris privavit, spadesque fecit. Ubi de proprio sanguine hujusmodi tropheum statuit, Zoen Paphlagonis viduam, a qua adoptatus fuerat, falsis criminibus objectis, exegit palatio inauditam, relegavitque in insulam, quae vocatur Principis, & monastico habitu induit. His perfectis, gaudebat superbiebatque ludis se tradens & voluptatibus. Verum populus seditione

L. B. T. beatr. vite Human. Tom. IV.

mora, Zoen cum sorore Theodora regno restituit. De vita E sua sollicitus Imperator, cum fratre Constantino Nobilissimo ex aula commigrans, & navi Perionnymon studii mansionem festinans, regni insignibus positus, monachi habitum assumpsit. Quod ubi populus rescivit, gaudio clatus, ovans urbem circum. Qui vero circa Theodoram erant, timentes ne Zoe ejectionem revocaret, e factario mansionis studii extrados ingenti confluyente multitudine, oburgante ipsos atque iridente, ac compositis carminibus illudente, oculos utrique eruerunt; familiari Graecis pena. Constantinus calamitatem magno tulit animo. Michael effeminatus, deos atque homines testatus, muliebreter ejulavit. *Cyprianus.*

TENTIVS Hispanorum rex, Amalafentiam Almarici regis matrem, a qua propter sem successione adoptatus erat, in balneo suffocandam curavit, ut citò Imperii haeres esset. *Ritius lib. 1. Reg. Hispan.*

JOANNES Mattia Vicecomes, domestica conjuratione oppressus perit. Auctores caedis, Bernabovis filios nepotisque exules restituit. Philippus fratrem caede percussus, amicum suam Beatricem sibi matrimonio jungit, quae Facino Scalligero nuper defuncto fuerat connubio locata. Sunt qui scribant, Facinum morientem id amicum primoribus mandasse, ut Beatricem jam quadragenariam Philippo adhuc adolefcenti in matrem verius quam in uxorem jungerent, cujus consilio & auctoritate sciebat futurum, ut ille facile paternum recuperaret principatum. Erat Beatrix abundans divitiarum mulier, pollebatque auctoritate apud eos multa, qui Facino ductu auspicioque militarant. Mirum est, quam prospera ea res Philippo cesserit. Vercellae, Derrona, Alexandria, Novaria, & caetera loca, quae sub Facini imperio fuerant, Beatrix nomen secute, in Philippii fidem rediere. Pari studio Montaneus Siccus, & Fran. Carmaniola, duces fortissimi, qui omnes Facini copias fuerant inter se partiti, ejuldem re opibus ad junxerunt. His Philippus auctus viribus, Astorgium Bernabovis filium Mediolano expulit, expulsum in Modicia expugnata interfecit. Sed post eum intempesivum connubium fastidire cepisset, eam intentato adulterii crimine, et si illa constantissime negaret, adolescente pincerna per tormenta falso, necavit. *Sab. lib. 9. Em. 9. & lib. 1. Em. 10.*

DANUS a Gotharo Sueonum rege, post occisam Frothoneam matrem, Danis etiamnum puer praefectus, & denuò ab injuria Obotritorum sive Saxonum vindicatus, posteaquam ad maturam pervenit aetatem, beneficiorum immemor, arma contra Adolpum Gothari fratrem sumpsit. Verum bello navali sic profugatus est, ut vix nuncios tantae cladis evaserit. *Io. Mag. nus lib. 4. cap. 9.*

OB DIGNITATES DATAS.

auctas, conservatas ingrati.

Quum jam detecta esset Pompeji cum Caesare simultas, ac Marcellinus, unus ex eorum numero, quos Pompejus evexisse putabatur, a Pompejo ad Caesarem transfuisset animum, adeo ut non veritus sit in Senatu multa in Pompejum dicere, eum sic compevit Pompejus: Num te pudet, inquit, Marcelline, ei maledicere, cujus beneficio ex tuo factus es facundus ex famelicis eo productus, ut vomitum non teneas? Graviter obiect ingratiudinem homini, qui hoc ipsum quod habebat dignitatis, auctoritatis & eloquentiae, abutebatur in eum, cui debebat acceptum ferre. *Plur. in vita Pompeii.*

MAXIMUS Thrax, qui Severi Imperatoris fratres fuerat, & postea in patriam concesserat, sub Helio Gabalo iterum Roman venit. Sed cum impurum hominem invenisset Imperatorem, qui eum honore tantum tribunatus dignatus est, aegre ab amicis retineri potuit. Alexander vero Imperator miro gaudio ac congratulatione hominem excepit, legioneque exercitum praefecit, ut eos in militia instrueret. Quos ita excurrit, ut brevi omnem perdidissent laborem militarem, cumque iis luctamina quotidie perficeret. Hunc cum Alexander in suam perniciem toti exercitui praefecisset, omnibus militibus, tribunis, ac ducibus gaudentibus, cum in Gallia severius milites cortexisset Alexander, illo persuadente militibus, quod Imperator rem bellicam negligens tardisque administraret, quod Mammaea mater avara femina (quae tamen sancta & bonis moribus fuerat) pecuniis oongerendis ob sordes nimias inhiaret, & perfimonia erga milites uteretur, Alexander cum mare occitus est. *Cyprianus.*

A MICHAEL Thraulus Leonem Imp. de medio fustulit, cujus beneficio multas dignitates fuerat assecutus.

ALEXIS Imp. interfectus est ab Alexio Murzipho, quem ad summum dignitatis gradum extulerat.

BERENGARIUS & ANICARIUS, Adelberti Eporediæ Marchionis filii: ille Berengarii regis ex filia Gisla nepos, hic ex altera uxore Ermengard damnanus. Horum rex Italiae Hugo potentiam metuens, eximius eos ad se allicere beneficiis studuit. Itaque Berengario Villam Bononis, fratris sui Tusciam Marchionem filium, matrimonio sociavit: Anscarium vero postero anno, Theobaldo Camerum & Spoletanorum Marchione mortuo, ea ditione donavit. At quos sibi beneficiis magis obstrinxerat, eos capiti suo infestiores adeptus est. Anscarium igitur, cum infidias oculis moliri deprehensus esset, per Sarlonem quendam primum Marchia, deinde vita quoque privavit: Sarloni propter operam egregie navatam, Spoletim Marchiam condonata, Berengario autem eadem furto ipsius capiti machinanti, manus injicere, atque oculos ejicere in animo habuit: sed consilio patefacto, non potuit. Itaque Berengarius periculi vitandi causa, anno 940. ex Italia per montem Jovis fugiens, ad Othonem Magnum regem Germanorum confugit. Sigonius lib. 5. regni Ital.

CAROLUS IX. Galliarum rex occupato regno Neapolitano, quo Aragonis expulerat, in patriam rediturus, cum solito ritu nomen, & regia insignia nondum cepisset, paucos antequam Neapoli proficere daretur, solemiter maximoque apparatu ac celebritate in primario urbis templo, de more superiorum regum, ea cum honoribus & juramento novis regibus præstari solitis accepit. Nominè totius civitatis verba fecit Jo. Jovianus Pontanus, cujus nomini propter excellentem hominis doctrinam, civiles actiones, moreque clarissimo, haud parvam hæc actio notam inussit. Quippe cum Aragoniæ regum dicitur scriba princeps, atque à secretis fuisset, magnaque apud eodem auctoritatis, & gratiæ, Alfonso etiam in literis præceptor: visus est sive ut munus oratoris explet, sive quò Gallorum gratiam magis sibi conciliaret, se nimium in illorum regum vituperatione dilatare, à quibus tantis fuerat honoribus assecutus. Usque adeo difficile interdum est, eam moderationem, eaque præcepta tenere & conservare, quæ aliis ipse præscripsit: Etenim Pontanus magnitudine ingenii, orationisque facilitate omne doctrinæ genus complexus, scriptis etiam de moribus libris, cunctos mortales erudiverat, atque ad suam admirationem converterat. Guicciardinus lib. 2.

PRO LIBERTATE DATA,

conservata, restituta, ingrati.

ADAD Syria rex, ab Achab Israelis rege bis prælio captus, atque amicè habitus ac liberatus, post initam pacem, cum injuriam loco beneficia accepisset, iterum Judæis bellum intulit: atque ut ostenderet, quam ingrati Achab regis meritorum memoriam servaret, milites suos iussit aliis in prælio quantum possent parere, vimque in unum Achab ad eum perdendum vertere. Fulgosi lib. 5. cap. 3.

Misir Jonathas Machabeus armatus, qui liberaverunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum. Demetrius ingratus non retribuit Jonathæ secundum beneficia, sed vexavit eum assidue. 2. Mach. 11.

Athenienses quotquot apud Charoneam capti fuerant, cum gratis à Philippo Macedonum rege dimissi essent, vestes quoque fragulaque petierunt. Que cum pro voto accepissent, Macedones in jus vocarunt: non solum gratias non agentes quòd ipsi & incolumes & gratis essent dimissi, verum etiam benefactores criminales. Eras. Rot. lib. 4. Apoph.

Uxor Fulvii erga maritum ingrata, qui eam libertate & conjugio dignatus fuerat. Vide Tit. Perfidia uxorum erga maritos.

Romani Brutum & Cassium tyrannicidas inique proscripti. Vide Titulum, Tyrannidem opprimendo fidem erga patriam declarare.

Trax mulier ingrata contra Scythissam, à qua fuerat redempta. Vide Tit. Captivi ex elemosynis redempti.

ISAACUS ANGELUS Imp. cum fratrem suum Alexium minorem nau (cui adeo ille semper indulserat, ut præter nomen imperii, quod penes se esse voluit, cum eo ex aquo viveret) à Turcis captum maximo are redemisset, dolo ab eo circumventus, & oculis privatus, in carcere tamdiu detentus est, donec filius ejus Alexius, qui tyranni manus vix effugerat, auxilium Francorum atque Venetorum implorans, ac gemebundus petiit, patrem

lacrymis obtinuerit. Sed carcere post longam captivitatem eductus, morbo ex aeris insolentia contracto, non diu supervixit. Cuspinianus in Caesaribus.

ROLANDUS, Petri Siciliæ regis frater spurius, devicta classe à Roberto Neapolitano rege, quam Petrus Liparitanis adversus Robertum auxilio miserat, captus fuit, miserque carceris pudore tenebrique maceratus. Ejus misera Comiola nomine Toringa, dives admodum vidua adolescens, secretè misit, qui Rolandi mentem exploraret: Ansi pecunia redemptus foret, eum ducturus esset uxorem? Ille divinitus oblatus beneficii loco id habiturus, matrimonium per procuratores trè stabilis, & auri duabus unciarum millibus à muliere redimitur. Reversus autem Messanum Rolandus, non modò deponationem abnegavit, sed ne gratias quidem mulieri egit. Comiola ingratorum hominem ad tribunal Ecclesiasticum convicit, ubi exprobrantibus sibi amicis ingratitude, peritialis est, ut eam duceret. At Comiola commemoratis suis in eum meritis, palam dixit: Se peccationi de nuptiis cum eo renunciare, neque ut tam ignavo homini nubere, æquum ducere, sed se Dei servitio dicere. Fulgosi lib. 5. cap. 3.

PRO VOTO AMICO.

C. CALIGULA omnes, à quibus amabatur, odio habebat. Cum pro ejus valetudine, que in discrimine erat, quidam se depugnatum vovisset: morbo liberatus, ut votum solveret, exegit: neque abire campo nisi victorem passus est. Alium, qui vitam pro eo voverat, cum intelligeret, ad mortem, solvendi gratia voti, nequaquam properare, vincitum pueris tradidit: qui eum per urbis vicus flagellatum, ab aggerè demum præcipitarunt. Suetonius.

PRO CONDOLENTIA

INGRATI.

Milefii, direpta à Crotoniatis Sybari, in argumentum doloris ob mutuum hospitium capta fide raserunt: Sybaritæ vero contra, Mileto à Peris capta, in tanto malo nullum triditæ indicium præbuerunt. Sabell. lib. 8. Enn. 3.

Ingrati filii erga Parentes. Vide Tit. Filiorum. Ingrati erga Patriam. Vide Tit. de Patria.

* INGRATORUM POENÆ.

Ob ingratitude puniuntur est gravissimè primus noster patens Adam, de quo August. 21. de Civit. Dei cap. 12. Quamvis magis homo fruebat Deo, tanto majore impietate dereliquit Deum, & factus est malo dignus æterni, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum. Hinc est universæ generis humani mæsa damnata, &c.

Ob ingratitude puniti sunt & rejecti Judæi. De his Chrysof. sic contra Judæos, Gentiles, & Hereticos: Quanta Judæis fecit Deus, & permanserunt semper ingrati &c.

De Ezechia Rege inquit S. Hieron. lib. 11. comment. in Esa. cap. 39. Tradunt Hebræi, idè agroratis Ezechiam, quoniam post inauditam victoriam Judæorum, & Assyrii regis interitum, non cecinit laudes Domino, quas cecinit Moyses Pharaone submerso, & Debora interfecto Syiara, & Anna genitico Samuele, &c.

Judas proditor suspensus crepuit mediis: de quo S. Ambros. lib. 1. de virginib. Convivis amicitia venenum malitiam micituræ que ait Dominus (Psal. 54. 14.) Tu vero, &c. Et: Illud plus confutit ingratus, quòd eum tradidit, qui cum esset Dei filius, propter nos filius hominis esse voluit. q. d. propter te suscipi ingrati, quod tradis in hypocritis.

BASTIUS Macedo Imp. cum venatum exisset, in cervum incidit innumtata magnitudine, elata in altum cornu gestantem, quem persequendo assecutus, cum stricto gladio eam percussisset, bellua se defendit, & ramo uno cornuum zone Imperatoris infixit, illum sublimem fert cornibus suspensum. Ac forsitan ita perisset, nisi à quodam enle dissecata zona fuisset ereptus. Cui mercedem salutis suæ præclaram reddidit ille captus truncationem: speciosa causa quæstia, quòd enle contra Imperatorem frinxisset: neque reputavit pro Imperatore potius intrinsece, ac remuneratione magnique præmii esse dignum: is igitur sui Regis Imperatorem studii hunc fructum cepit. Imperator vero cornu percussus, conversusque inestinis, supervixit ille quidem, sed non diu, mortemque obiit. Baron. lib. 10. Annal. an. 869. 88. ex lo. Zonara.

Consulatur Locus de Judæis. Item Locus de Pana & Punitione.

* In-

INHOSPITALES. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA

Inhospitalitas vitium oppositum hospitalitati, à Græcis; cuius insimulantur etiam Sodomitæ apud Ezechielem, cap. 16.

Rabbinotum quondam sententia est, teste Lirano in cap. 19. Genesim, etiam uxorem Loth hinc vitio obnoxiam fuisse, & ne quidem salem Angelis à marito receptis apposuisse, & ob id in statum salis obruisse.

Plagarum Egypti eandem causam voluit exitisse: arcebat enim peregrinos, utque mancipia ducere tractabant, & odertant eos qui adversus illos benigne se gessissent; imò & hospites immolabant, ut est testis Ovid. lib. 1. Fabul. Hyginus in Fabulis. Strabo lib. 17. Augustin. 18. de Civit. Dei cap. 2.

Egypti inhospitalitatis meminit etiam liber Sapientie cap. 19. Etiam Sinenes antebac fuisse inhospitalis, ut nullum peregrinum admitterent, quin oculis in ipso limine trucidarent: unde neque commercia exercebant in ipsa Provincia cum exteris: à quibus & mari, & muro altissimo, qui montes intercludit, eosque à Tartaria separaret, arcenturibus annis non ita multis hospitaliores effecti, feritatem illam exure ceperunt.

Inter Gentiles pro iidem habiti, barbari & inhospitalis, ut Britannii ab Horatio, Strabone, Solino: Tauri, ac Pontici, ab Arnobio: quondam in Italia & Sicilia, à Plutarcho: Lacedæmonii ac Thebanii à Dion. Halicarnasso: Apollinates, ab Eliano, & Strabone: Spartani à Plutarcho: Carthagenienses, à Strabone: Scythæ, ab Ovidio, & Herodoto. Imò commune barbaris dicit Strabo, arcebre hospites à suis finibus. lib. 7. Videatur Locus de Severitate. Tit. Severitas respectu injurie illate & Inhospitalitatis.

POENA.

De Egyptiis & uxore Loth, juxta opinionem Rabbinorum, diximus initio hujus Tituli.

Referunt Alianus & Heracleides, ille lib. 4. var. hist. hic in Politicis, apud Lucanos olim accutatum fuisse κακῆς multamque pendere coactum; qui sole occiso, hospites notos ignotolse domo exegisset.

Illustratur præfati Titulus ex Loco de Hospitalitate. Poena inhospitalitatis peritur ex Loco de Pana & Punitione in genere. Tit. Cruelitas erga hospites Pana. Item ex Loco superiore & Impiætas.

Inhumanitas.

quæ & INCIVILITAS, CRUELITAS. MOROSITAS.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Inhumanitas, quæ proprie ἀνθρωπότης, est morositas, inurbanitas quædam, & incivilitas in conversando, & communi vita. Cum enim homo animal sit sociale natura sua, illius societatis coagulans est affabilitas & humanitas, virtus homini propria; unde inhumanus est, qui velut hominem exiit moribus, sola corporis forma illum exprimens: cum sit civilitatis, quæ & communis vitæ ignarus.

Vitium in defectu homines efficit morosus, importunos, rixosos, litigiosos, contentiosos. Nam cum affabilitate destituantur, ἀνθρωπότης quidam evadunt, ἀνθρώποι, ἀνθρώποι, ἀνθρώποι: nihil ab gratiam nec dicunt, nec faciunt, non ita adducti, sed odio quodam hominum, & natio contendendi studio. Quapropter sicuti Affabilitas amicitia similis erat, ita Morositas ista (licet enim nobis sic appellare) inimicitia similis est. Aristot. vocat ἀνθρώπων, & ἀνθρώπων, ἀνθρώπων quidem ἀνθρώπων, quia malè cum aliis conglutinantur: sicuti è contra ἀνθρώπων, ἀνθρώπων ἀνθρώπων dicebantur. ἀνθρώπων vero, quoniam ex duplici genere τῶ ἀνθρώπων, ut Hesiodus docet, τῶ κακῶ ἀνθρώπων, malignam scilicet & perniciosam contentiosem sequuntur. Itaque, πᾶν ἀνθρώπων ἀνθρώπων ab Aristot. apud vocabulo appellatur, quasi (quod de Ilia finci patriarchæ filio sacre perhibent licere) manus illorum filii contra omnes, & omnium contra illos. Cæterum quia Affabilitas, seu potius ut generaliore vocabulo utatur, Humanitati opposita est Inhumanitas: ea propter totidem habet differentias, & in omni L. B. Theatr. vitæ Humanæ. Tom. IV.

generè vitæ locum obtinebit, publicè simul & privatim. Ipsa Ecertè Superbia Humilitati opposita (quæ, quatenus honores affectat, ad ambitionem; quatenus mendacio nititur, ad veritatis excessum referri debet) propter inhumanitatem junctam, præsentis quoque loci erit, & differentiat causa superbia inhumana, sine inhumanitas superba appellari poterit.

INHUMANITATIS, MOROSITATIS,

ACERBITATIS ACQUISITIO.

HUC.

MAGISTRI.

Qui discordias serunt ira stimulante, inter Cruelitatis magistros recensendi veniunt: qui verò libidine, sola aliorum rixas, & contentiones spectandi, hujus erunt loci.

Judei Christum, quem crucifixerunt infontem, in cruce pendentem triserunt. Quorum impietas tanta fuit, ut latronem quoque à sinistris pendentem in consimile pertaxerit (celus. Math. 27. & Marc. 15. & Luca 23. & Ioan. 6. 19.)

EURYMENUS diffidium inter fratres Dioscoros Castorem & Pollucem conatus est ferere, alterum apud alterum infimulans.

ARISTOTELES Cyrenensis dicebat, non oportere beneficium oblatum à quoquam recipere: aut enim ut rependere possit, molestias habiturum: aut si non referat, in ingratitude reprehensionem incursum. Alian. lib. 19. de Var. hist.

ANDRONICUS DUCAS, homo sordidus & perfricta frontis, cum Andronicus Comnenus Imperator allicem excecare velle decerneret: oburgato Andronico, quòd in supplicis fumens infra delictorum atrocitatem subsisteret. Tandem & ipse crudeliter necatus est. Nicetas lib. 1. de Imp. Andron.

In Hybernia, quæ in penitissimo Oceano extra terras insula sita est, cultu indomito & fero, pueri ita aliti educati que sunt, ut inter arma & cædes assidue venentur: matremque natura imites, ingenio barbaro, primos cibos edito infanti gladio admove re ferantur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

DISCIPULI.

Anus quædam ut se audiret Demetrium Poliorcetem regem precata, neganti sibi audiendi orium esse: Ergo quid, inquit, regnas? Que vox adè regis animum perfrinxit, ut multo faciliorem jam inde se adire volentibus præbuerit. Idem Philippo Macedoni tribuitur, à Sabell. lib. 7. Ennead. 4. Vide infra Inhumanitas secundum materiam, erga homines. §. Supplices.

IN GENERE MORES INEPTI.

DIONI Syracusano datum fuit vitio etiam ab amicis cordatis, quòd morosus & difficultis quàm pro civili usu ageret cum audentibus. Itaque Plato ad eum scripsit, nisi pervicaciam tantquam solitudinis comitem declinaret. Plut. in Dione.

PROCOPIUS Imp. per morum tristitiam latebras, ac similem habitum Crassi illius, quem in vita semel risisse affirmat Lucillius, vixit, humum semper inuendo. Call. lib. 3. c. 28. Amig. Lect.

TIBERIUS Cæsar incedebat cervice rigida & ostipa, adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo, aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli digitorum gestulatione. Quæ omnia ingrata atque arrogantia plena, & animadvertit Augustus in eo, & exulare tentavit sepe apud Senatum & populum: professus naturæ vitia esse, non animi. Suetonius. Vide eodem infra.

IN SPECIE QUOAD CONSERVATIONEM. PUTA

Hominum aspectum, congressum fugiendo.

Huc pertinent omnes ii qui non contemplationis studio, sed odio hominum, aut tædio præsentis fortune, in solitudinem se abdicant monasticam aut eremiticam. Consule Tit. Odii hominum in universum, sub Loco Affectuum.

HYPOLYTUS Thelæ F. quòd Phædrae novæ libidinis non contentus, ejus infidias petitus, discepitque fuit ab equis paternis; sed ab Alcuiopio in vitam revocatus, in Italiam fugit, odio patris, cui ignoscere noluit. Pausanias in Corinthiacis.

RÆIUS, priusquam ad Troiam auxiliarius proficere ceteret, mal-

Ll 4